


A5 = 252 a

ARCHIVES DE LA GRANDE CHARTREUSE



A-5-252 a



CHARTREUSE du VAL-DIEU

✻ Domus Vallis Dei ✻

(PROVINCE DE FRANCE-SUR-LOIRE)



Manuscrit du Ven. Père Dom Palémon BASTIN

1170. - Cartusia
Vallis Dei. -



(Annalib. tom. v. p. 52)

A. 5
252 a

« Hoc pariter anno (1170) Ordo Cartusienſis huc illaque palmites suos extendit, ac primum usque in Wellorum Provinciam, quae Perticum seu Perchium dicitur, ejus propagines dilatatae sunt. Hoc siquidem tempore Cartusia Vallis Dei sub episcopatu Sagienſi, ab oppido Moritonio (Mortagne) duabus circiter leucis versus orientem in sylva de Reno dissita, a Rotrodo (qui et Rotrouus apud scriptores plerumque vocatur) Wellorum sive Pertici comite, feliciter auspiciis fundatur. Hoc ob id antiquitatis merito prima est in ordine Domorum utriusque Provinciae Franciae, cujus foundationis originem, loci situm et solitudinem Petrus Sutor, ejusdem Domus aliquando Prior, apte in hunc modum describit (lib. 1. trad. 3. cap. 2.) : « Verum ad reliqua pergentes, Vallis Dei subjiciamus, cujus impositam nobis barinam tulimus aliquando. Eam enim divinum inceptionis modum habuisse testatur imprimis egregius Pertici comes Rotrodus, fundator admodum devotus, qui suis asserit in liberis se nate divino Cartusianos illic adduxisse. Testatur quoque et aliud satis vulgatum : etenim cum locus ille Vallis Doemonis vocaretur, post Cartusienſium ingressum, Vallis Dei nomen desumpsit. Denique situs loci ipsius satis probat et inceptionem et perseverantiam, prorsus fuisse mirabilem. Est enim locus vicinis collibus densisque nemoribus cinctus, quem si videres, et solitudinem asperam et mundi finem te putares invenisse. Arenosam enim terram ibi cernere est, frigida aquis irrigatam, non foecundatam ; locum quidem suapte natura insuam, sed multa pauperum frequentia revelatum. Patulas undique arbores, quietas quidem, et silentes nisi cum dentus imber qui frequens est delabitur, vel Boreas Rolicis ab antea erumpens, totam agmine facto sylvam concitat. Denique omnia ibi videre est solitariae, asperae, sanctaeque vitae accommoda. » Hoc Sutor in cujus verborum fidem, quibus dicit fundatorem suis asserere liberis, « se nate divino Cartusianos illic adduxisse, ipsas literas subjiciamus quae sunt sequentis sententiae :

« In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Ego Rotrodus Dei paternitatis comes Pertici dictus, una cum uxore mea Matilli, necnon et filio meo Gaufrido

cum uxore sua Matilli, tam modernis quam posteris notum fieri volumus me
Fratres Cartusienses, nutu Dei et providentia, necnon consilio et auxilio Domini nostri
Senonensis Willelmi archiepiscopi, in terram meam adduxisse ut juxta morem Car-
tusiensem Domus Dei inibi edificent et construant: Et quoniam idem Ordo
propriis terminos habere dignoscitur, ut posteros nostros certos reddamus, ipsos termi-
nos propriis vocabulis subnotamus. Quos terminos ego Rothodus approbo et
confirmo, et quidquid inter eos jure hereditario possideo. pro salute et reme-
dio animarum nostrarum, necnon et antecessorum, dono et confirmo Domino nostro Jesu
Christo, et beatissime Virgini Marie, et beato Joanni Baptiste, beato quoque Apostolorum
Principi Petro, et Fratribus proenominatis ibidem Deo servientibus. Insuper etiam eis de-
concedo totam terram, et. Proeterea ad Ecclesie Dei decus et laudem, et Ordinis Cartu-
sensis pacem conservandam, omnes ad eos euntes et redeuntes tuendos haberi decrevimus.
Quae omnia in posterum, ut integra et illibata permaneant, sigilli mei et uxoris
meae et filiorum nostrorum, auctoritate communivimus. Testes: Rothodus Broicensis archi-
diaconus, Adam capellanus, Willelmus Angligena, Omundus sacerdos, Girardus capel-
lanus Mauritaniae, Seriens sacerdos, Willh. de S^{to} Medardo, Willh. de Villeris, Hugo
sacerdos de Tuins, Julianus de Mannis; Magister Ragin. Galeranus de Pinu testis et assen-
tens, et quidquid in eo se habere dicebat super altare deponens, similiter filius ejus Gau-
fridus; Hugo de Courserant similiter, Garinus de Longay, Robertus de Prulay et An-
dreas, Robertus de S^{to} Medaldo, Willh. de Bosséal, Gaufridus de Cortiel, Rob. Guerres,
Simon vicarius, Willh. de sancto Amiano, Gauderius Boslen, Joannes de la Belnesineire,
Fulco de Veteri Ponte, Anselmus cognatus Comitum, Gauderius de Pinu, Willh. de Quatremares,
Gervasius de Mesnera, Rag. de Britorena, Gervasius de Malchenay, Hugo de Argandrei.
Hoc autem publice actum est apud Rheims, anno ab Incarnatione Domini M. C. LXX,
Natali Apostolorum Petri et Pauli. R. (Rothodo) resignante in manu archidiaconi praedicti,
recipientibus ab ipso in nomine Domini elemosinam Simone Montis Dei Priore et Engel-
berto Vallis s. Petri Priore; assistentibus quatuor Fratribus ejusdem Ordinis, Diphono, Willh.
Joanne. Girardo: remanentibus ibidem Petro et Radulpho monachis, necnon et fratre
Huberto fundatore loci illius. Amen. »

Montis Dei ab ipsis Patribus commissariis Simone et Ingelberto adducti fuerant, quibus et praefatus est quidam monachus e valle Sti Petri assumptus, Guillelmi Senonensis archiepiscopi quondam alumnus, cujus nominis prior litera in Petri Cellensis epistolis legitur R.; pro qua tamen restituenda, H. affirmavit non ita pri-
-dem antiquior Montis Dei monachus qui epistolarum Petri autographum, ante earum editionem, viderat. Quo Priore post biennium, defuncto, praefatus Radulphus gubernacula vagantis Domus suscepit. Frater Hubertus in praefatis literis « Fundator illius loci appellari videtur, quod prius eundem locum (ut fert traditio) eremitice vivens inhabitaret. Factus postea novae cartusiae conversus, ibidem, decessit, quem verisimile arbitror eum esse, cujus obitus ad calend. Januaria in necologio ponitur cum praenominatis duobus monachis Petro et Radulpho, et ibi vocatur « Frater Hubertus Bonus conversus. »

Episcopus
Sagien-
sis
fundationem
approbare
recusat

Quia ad cuiuslibet monasterii aedificationem, necessaria est Diocesis ipsi
licentia, Postri viri ad Progerium episcopum, Sagiensem, suam Diocesim, recurrerunt, sed eo licentiam suam, impertire vel recusare vel differre, Alberti Cardinalis Romane Sedis Legati favorem, autoritatemque implorare, mediante Petro Cellensi Abbate, qui
Ep. 1. in quadam epistola eade re sic Albertum, alloquitur: « Mihi quidem videtur praefatum locum vestro auxilio et consilio multum indigere, quia Episcopus, ad cuius Diocesim pertinet, manuum benedictionis et auxilii differt apponere. Neque enim caeterium, neque monasterii sui consecrationem, Fratres qui ibi morantur habere possunt. Vestra itaque interest, quod de facili potestis pauperes Christi in hoc jurare, ut in loco benedicto creatorem suum benedicant. » Non hic Petrus loquitur de Episcopo et Diocesi Carnotensi, ut credit Sirmundus in notis ad hanc epistolam, sed de Episcopo Sagien-
Epist. 2. senonensi, idem Abbas in altera ad eum jam citata epistola petit. « Ut scitis, inquit, domus ista, domus orationis vocatur. Necessse est ergo ut sine dilatione, auxilio vestro consecretur, quatenus veraciter et non fallaciter locus ille sanctus vocetur. Quicquid enim ibi religionis, orationis, sanctificationis, mortificationis, et aliarum sanctarum observationum servi Dei inibi conversando coeleste praemium promeruerint, in sinu vestro revertetur et ad caput vestrum defluet, quia qui recipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet. » Quae vero causa fuerit cur Progerius Rotrodi fundationem confirmare recusaret, hoc mihi videtur, quod ambo, Praesul videlicet et Comes, non essent amici. Hic enim Regis Francorum partes

sequeretur, ille Regis Anglorum, cujus et elemosynarius erat. nihilominus tum prefatorum
Cardinalis et Archiepiscopi precibus, tum monachorum Vallis Dei pietate et humilitate
devictus, Gregorius paulo post annuit talesque donationis factae liberas confirmatrices
concessit: « Gregorius Dei gratia episcopus sagiensis, universis sanctae Matris Ecclesiae
filiis salutem in perpetuum. Ecclesiarum beneficia et eorum sanctiones, Episcopi de cujus ea esse
parochia constiterit, autoritate approbanda sunt et confirmanda. Ea propter universitati vestrae
notum fieri decrevimus, nos donationem atque concessionem venerabilibus et dilectis Fratribus
nostris de Valle Dei, ab illustri Rotodo comite Pertici factam, in foresta scilicet de Rheino confir-
-masse, in elemosyna perpetuo libere et quiete possidendam. Ne quis ergo donationem
factam et concessionem, infringere ullatenus seu immutare praesumat, eam paginae presentis
attestatione et sigilli nostri autoritate communire deprecemur. Denunciamus etiam, excommunicatio-
-nis vinculo innodandos, quicumque ad jam dictos Fratres proficiscentibus injuriam seu contu-
-meliam, aliquatenus inferre praesumpserint. Testibus Rotodo Abroicensi archidiacono, Adam
capellano, Guillelmo Angligena, Osmundo sacerdote, Girardo capellano Mauritanice, Galerano
de Pium, Garino de Lourey, Huberto archidiacono Carbon., Osberto capellano, Erualdo de Suire, Petrus
de Constantis, Gaufrido de Abecors, et multis aliis. »

In his libris recte Gregorius declarat « Ecclesiarum beneficia Episcopi autoritate approbanda esse et
confirmanda ». Id enim die ante variis in conciliis decretum fuisse, et postea in concilio Tridentino
reformatum, legimus. Quam legem in novis foundationibus a Patribus nostris religiose semper
servatam discimus ex omnium Domorum archivis, in quibus propriorum Praesulum confirmationes
reperiuntur. Quod spectat ad summi Pontificis licentiam, non reperimus eam fuisse requirendam
ante Gregorii X tempora, qui in concilio Lugdunensi prohibuit quibusdam Mendicantium Ordinibus,
ne de novo Domum aut aliquem locum acquirerent sine sedis Apostolicae licentia speciali; quam
prohibitionem, ad omnes quoscunque Mendicantes Bonifacius VIII extendit. At licet uterque Papa
suis Decretis Monachorum monasteria non comprehendat, nec ipsi um concilium Tridentinum men-
-tionem de summi Pontificis facultate expressam faciat, eam tamen de jure communi esse tenendam,
est, ut sacra Cardinalium congregatio declaravit. Verum etsi ante Gregorii X tempora non tanta
ad Papam recurrendi necessitas innumberet, nullaque super his, ut diximus, expressa extaret
prohibitio; nostri tamen antiqui Patres, spiritu st^o semper afflatis, obedientiamque praestare soliti,
sedis Apostolicae confirmationem et protectionem pro novis Domibus, ab ipsius Ordinis exordio,

expetere semper curarunt; ut ex omnium fere cartularum tabulariis probari potest, in quibus
asseruntur bullae summorum Pontificum quorum temporibus constructae fuerunt. Ipsi Vallis Dei
Cartusienſes idem fecerunt obtento, aliquot post suam fundationem annis, Pontificio diplomate quo
Alexander III non solum novam Domum confirmavit, sed eam sub beati Petri et sua protectione susceptis
possessiones ei a comite Rotrodo fundatore et aliis benefactoribus concessas vel a nostris acquisitas
approbavit, terminosque designavit.

Posthaec ipse Rotrodus fundator Crucis assumpta in Terram sanctam perrexit, ubi
eum obisse anno 1191 habet Rigordus (de gest. Philip. Aug. ad an. 1191) : « Eodem anno, inquit, Comes
Theobaldus..... comes Perticensis in obsidione Acci, Domino vocante, viam universae carnis
ingressi sunt. » Liber anniversariorum hujus Domus diem signat 27 Julii. Cum jam ante
quinque annos Crucem in Terram sanctam assumpsisset, apud Angliæ scriptores invenimus
(Matth. Par. et Rog. Howden ad an. 1186.) Comes de Britania vocatur a Roberto de Monte (ad an. 1159).
Fuit filius alterius Rotrodi comitis et Norwiche Galteri baronis de Salisberia in Angliâ filius
quæ mortuo marito nupsit Roberto Drocenti comitis, regis Francorum Ludovici VI
filio. Noster vero Rotrodus uxorem duxit Mathildem, filiam Theobaldi comitis
Blesensis erga nostrum Ordinem bene affecti, sororem vero Stephani Sacri Caesaris comitis
ac postea, ut quidam volunt, nostri Instituti professoris (Regius Bryus in hist. Pert.). Hinc
non mirum si Rotrodus Cartusienſes amaverit. Mathildis profata memoria habet
in Calendario Vallis Dei ad calendas Januarias. Gaudfridus post Rotrodum, patrem Per-
tici comes, paternam fundationem aliquot redditibus amplavit; imitatusque paternum
zelum saepe arma contra Infideles tulit. Thoma ejus filio sine liberis defuncto, successit
Guillelmus alter nostri fundatoris filius, jam prope totam aetatem tuncque Episcopus Catalun-
nensis, quem velut magnum benefactorem habent Vallis Dei Cartusienſes, in cujus
Domus monumentis dicitur etiam Cadarcensam Ecclesiam rexisse. Post Guillelmi mortem,
Rex Francorum Perticum aut majorem illius partem obtinuit.

Post Principes, fundatores praecipui Vallis Dei fautores et benefactores fuerunt
hi: Guillelmus archiepiscopus Senonensis, Mathildis fundatricis germanus frater, cujus
auxilio et consilio, ipse Rotrodus Cartusienſes in terram suam adduxisse in suis literis
attestatur, quemque Petrus Cellensis hortatur ut nascenti Domui pergat benefacere:

Opus, inquit, manuum vestrarum, locum utique qui dicitur Vallis Dei non tradatis

oblivioni, quia novella plantatio cito deficit sive arescit, nisi frequenti irrigatione ei succurratur et lomento multiplici fovetur. . . . Non ergo pigeat vos cepisse expendere in usus pauperum, aliquid de substantia vestra, quia vos recepturi sunt in aeterna tabernacula. » Et Senonensi Sede ad Remensem translatus, Cartusianes semper fovit et dilexit.

Lisiardus Sagianis episcopus copus Rothodi; fundacionem, et Rogerii consensum, confirmavit Robertus de Rouvres ejusdem Ecclesie Presul in macrologio Domus sic commendatur ad 3 nonas Octobris: « Obiit R. P. Robertus de Rouvres episcopus Magaloniensis et prius Sagianensis, pro cuius Anniversario Dominus Joannes le Gay Canonicus Carnotensis tradidit Decem scuta aurea ad reditus emendos. » Ignoravit Gariel Robertum, quem « de Rotis » appellat, prius Sagii sedisse. Joannes le Gay praenominatus fuit etiam singularis benefactor hujus Domus, cui et nomen aliquando dedit factus ibidem Praebendarius, tandemque in extrema senectute recessit anno 1508, die 15 Januarii, ex citato Macrologio et Charta Capituli generalis ejusdem anni. Joannes Barniere sacerdos, alter Praebendarius receptus cum licentia Capituli generalis sepultus jacet in choro Conversorum (ex h. 1513). Nicolaus Flamiaire (ex h. 1580) eundem statum amplectus, obiit cum prius multa bona fecisset. Robertus Pullus Rothomagensis archiepiscopus copus pinguisimanus, dedit elemosynam, anno 1244, quam ejus successores Petrus de Collemadieu et Odo Rigaudi confirmaverunt. Jordanus de Hommet Lexoviensis episcopus copus anno 1197, quendam redditum copiosissimum, largitus est, a Wilhelmo Decano et veteris Canonici confirmatum.

Ex Principibus qui hanc Domum sua benevolentia ac liberalitate complexi sunt, hi occurrunt in tabulario et calendario: Petrus S^{ci} Ludovici regis filius, comes Alenconius cum Joanna uxore. Ludovicus comes Blesensis et Elisabetha filia ejus, comitissa Carnotensis, habens anniversarium, die 2 Januarii. Alter Petrus comes Alenconius Caroli filius, conventum hujus Domus quatuor auxit monachis, qui prius novem tantum capax erat; ejusque posteri multa etiam dederunt. Sed de his alibi. Ex Nobilibus recensentur inter benefactores et amicos: Gervasius de novo castello qui sub fundationis initia quicquid intra terminos possidebat, dedit in praesentia Rothodi comitis Perticensis et Gisleberti ejus filii, Ingelberte Prioris Montis Dei quondam episcopi Cabillonensis (sunt verba chartae), Radulphi Vallis S^{ci} Petri, et Guillelmi Vallis Dei Pionis, Hugonis Montis Dei, Salmatici Vallis S^{ci} Petri, et Vallis Dei conversorum, quam donationem firmiter et immobiliter tenendam, Rothodus comes et Gislebertus filius ejus

manu ceperunt de mandato predicti Gervasio, praesente ab eodem Gervasio juramento, factis sacris
sanctis Evangelis, et fide corporali interposita in manu jam dicti Episcopi. Actum anno Dni
MCLXXXV. Joannes de Estouteville miles, Dominus de Lorchiac et Blainvillia, et Franisca
de Rupe Fucaldi ejus uxor, quorum obitus habentur in charta anni 1501 quo ille obierat die
3 septembris, hoc 19 Junii. Robertus Thiboult quondam Praeses in Parlamento et Joanna de
Touy conjuges. Joannes de Rousseauvillia Dominus de Quercubruna et aliorum locorum, sepultus
in choro. Hugo de Corion, Haimericus de Glinchamp, et Joannes Blond milites. Guillelmus
Tousse civis Moritanicae in ecclesia sepultus, Robertus quoque Bulet tumulus, obtinuit in hac
Dom. o. (Amal. l. 2. an. 1170. page 327 à 335.)

(Amal. l. 2. p. 366 an. 1172): « Sequitur annus... 1172, quo defuncto Vallis Dei Castusiae
ante biennium fundatoe Protopriore, Ingelbertus Vallis St. Petri Prior Radulphum, suum monachum,
ibi tunc demorantem, ad novi conventus preces, nascenti Domini praecipit. Mortuum Priorem,
ante ingressum Ordinis apud Guillelmum tum Senonensem episcopum postea Remensem archie-
-piscopum gratia valuisse, imo et ejus quondam, alumnum fuisse, colligere et ex epistola Petri Cellarii
ad eundem, Praesulem, hoc anno (ut puto) data, in qua de illo sic loquitur: « Opus manuum vestrarum,
epist. 6. locum utique qui dicitur Vallis Dei, non tradatis oblivioni, ... Ad suam patriam, ut credimus, exola-
-vit spiritus filii vestri patris R. (alies H.) quem sicut paternis gremiis, dum in carne esset, con-
-tinuistis; sic justum est ut orationibus et benedictionibus vestris usque ad thronum gratiae condu-
-catis. » Deinde Radulphum, velut juvenem, in locum mortui suspectum commendat his verbis: «
Quia vero sublato pane de mensa Domini, in sabdato novum substituendum non ignoratis, eandem
dilectionem, et protectionem, oramus impendi bono et religioso juveni, quem amicus et filius
vester carissimus ibi ex voluntate Fratrum, proposuit Prior de Valle St. Petri, etc... » Ingelberto
apud Vallis Dei, Radulphum, in novum munus inducendi ac stabilis causa, adhuc demorante,
Albertus St. Laurentii in Lucina Cardinalis, ejus quondam, Magister, in Normanniam inferiorem,
accessit ab Alexandro legatus ad procurandam, Henrici Anglorum regis ob St. Thomae necem, excom-
-municati reconciliationem, Ad ipsum eodem tempore scripsit praefatus Abbas, rogans ut per
Ingelbertum, quem e Valle Dei ad se vocaverat, eum edocere dignaretur quo loci deducta res tanta
tunc esset; simulque ad epistola callem, honorifice de Radulpho ipsi Cardinali non ignoto loquens,
petit ut illum, in novo officio suis consilis adjuvaret. Sed placet ejus hae epistola parte, subjicere:
« Domino Alberto Cardinali et Romane Sedis Legato. Nisi tanta distanti a locorum, et multiplex

occupationum impedimentum nos retineret, dilectissimam nobis Paternitatem vestram visitare nullatenus tam diu postposuimus. Est enim in pectore nostro multa de negotio vobis injuncto et de fine ejus sollicitudo, quia honor Dei et Ecclesie utilitas, et fame vestre integritas atque totius Curie Romanae circumspectio, ex eo accipiet apud conscientiam, omnium laudem, et magnificentiam, si secundum regulam, equitatis et veritatis sortitus fuerit effectus. Quatenus ergo res jam processerit, non sit vobis tediosum, amicum vestrum, certificare. Habetis autem, si placuerit, per quem fideliter remandare et secure potestis, Priorem, utique de Valle S^{ti} Petri, carissimum, filium vestrum, quem in Christo genuistis, et ejus spiritum, in omnibus vobis obnoxium reddidistis. Ad locum, namque qui Vallis Dei appellatur profectus ut ibi Priorem substituat, non multum, a vobis remotus, si ei mandaveritis venire ad vos, tutis auribus instillare poteritis quae de statu vestro grata vel ingrata vobis occurrunt. ... » In calce litterarum: « Supponimus, inquit, vobis commendare Priorem, qui ibi substitutus est; quem de formae religionis et regularis subjectionis noviter extractum, ad curam animarum gerendam, filius vester manus, mittere coegit. Doctrina itaque et auxilio vestro instructo illum, quia scitis quam difficilem rem arripit qui animas suscipit regendas. »

Substitit Radulphus in Vallis Dei Prioratu usque dum evectus in episcopatum Cabilonensium, Engelbertus succederet in Vallis S^{ti} Petri regimine. Deinde idem Engelbertus abdicatis imperiis factus Montis Dei Prior, cum saepe multa negotia sibi ab Ordine demandarentur, Radulphum semper in collegam assumebat. Reporimus enim quod plures Ordinis Domos simul visitaverint, inter quas sunt praedicta Domus Vallis Dei anno 1185, Leuigniaci et Majorovi anno sequenti. Ipseque Radulphus specialis Commissarius delegatus est anno 1190 ad ipsam Montis Dei Domum, ubi cum aliis Praelatis et multis Nobilibus composuit discordiam, inter hujus cantuariae monachos et Artesianos toparchas (seignours d'Artaise), ratione terminorum ortam. Vixit usque ad seculi tertii decimi initium. Sed quando obierit dici omnino non potest. In Vallis Dei Calendario ejus anniversarium habetur Calendis Januarii. » In Annales loco citato.

Nota. - Le qui suit est tiré des « *Politica rerum Cartusianarum* » de D. Levasseur et D. Le Couleux, « tome VII, 1^{re} partie, Province de France » - le volume avec celui de la province de ~~Chartreuse~~ sont les seuls qui nous restent de ceux qui ils avoient composés sur chaque province. - Le tome VII, 1^{re} partie, ne contient qu'une partie des maïs ou de la province de France, les plus anciennes - Ils commencent par le Val Dieu : malheureusement un certain nombre de feuillets ont été coupés au commencement du livre. Voici comment il commence

excerps

« Fuit autem Petrus ^(A) secundus (primus vero hujus nominis comes Alenconii fuit Petrus filius ~~Sti~~ Ludovici de quo infra in catalogo benefactorum) dictus nomine Comes Alenconii et Pertici, Vicecomes Bellimontis, Philippi Valesii Galliarum Regis ex patre nepos Princeps pietate nominatissimus, precipuus Cartusiae Vallis Dei benefactor et alter fundator, in qua cellas quatuor condidit signatas stromatibus comitum Alenconicorum, quae posita sunt in superliminibus portarum dictarum cellarum, quae habent pro nota litteras D. E. F. et Q. haec posterior habitacioni sacristiae deputata est. Pro sustentacione vero religiosorum, qui dictas quatuor cellas habitaturi de novo erant, plura bona reliquit et delegavit per suum testamentum, quod anno 1404 die 14 septembris Argentoni fecit sequenti forma.

Litterae Donationis mobilissimi Principis Petri Valesii Comitis Alenconii.

« In nomine Patris et filii et Spiritus ~~Sti~~ Amen. Nous Pierres conte d'Alencon seigneur de Tougieres et viconte de Beaumont faisons scavoir à tous présents et advenir que nous très désirant de tout nostre cœur et affection comme faire le devons que la grace et misericorde de Dieu nous soit prochaine pour nostre salut et pour ce que nous doubtons très grandement par nos démerites en estre éloigné nous recommandons à toute ~~Ste~~ l'eglise en requerant devotement les prières de tous catholiques et par especial de tous les religieux de l'ordre de Chartreux qui sont à présent et seront pour le temps advenir par les prières et bienfaits desquels nous esperons recouvrer grace envers nostre Seigneur Jesus Christ. Et pour la bonne et vraie devotion que nous avons à la religion dudict lieu de Chartreuse nous leur requerons qu'ils vueillent que nostre corps soit receu et entepulturé en leur monstier du Vandieu en la conté du Perche ainsi que par nostre testament et derraine volonte nous les avons requis. Auquel lieu du Vandieu pour la sepulture de nostre corps et pour estre accueilliz aux prières et oraisons qui y sont dictes et faictes Nous donnons et laissons au Prieur et convent dudict

(A.)

(A.) Dans un manuscrit des archives de Chartreuse copie, je vois, à la bibliothèque de Grenoble, il y a à peu près les mêmes choses sur la famille de Pierre de Valois, restaurateur du Val-Dieu. Seulement c'est un peu plus abrégé; il est probable que c'est aussi l'œuvre de D. de Conteville, pour bien convaincre il faudrait voir l'original. - Voici ce que dit la copie ^{sur ce} de Pierre de Valois:

« Hoc domus Vallis Dei cum prius novem tantum, monachorum, capax esset, magnificencia Illustrissimi principis Petri comitis Alenconii quatuor monachis aucta est. Hic secundus nomine Comes Alenconii et Tertici patrem habuit Carolum comitem, quoque Alenconii filium Caroli comitis Valesii, nepotem vero Philippi audacis regis Francie, fuit Petrus proecipuus hujus cartusie benefactor et altus fundator (Arthurus du Montier in Neustria pia) magnum quippe porticum, extruxit de suo nomine etiamnum vocatum, reddidit annuos pro quatuor religiosis sustentendis dedit cum quatuor cellulis eorum, a se fabricatis, signatis stemmatibus comitum Alenconorum, que posita sunt in superliminari cuiusque cellule, reliqua edificia que tempestas vastaverat, instauravit: moriensque quingenta scuta aurea legavit et alia multa bona largitus est. Qui tandem decessit a vita Argentani in normannia, an 1404, die 20 septembris, sepultus in medio choro ecclesie hujus D. in qua dum viveret, frequentius morabatur ut devotioni expeditius vacaret cum Ioanna lectissima Virgine eius filia que etiam juxta amantissimum parentem, tumulata est anno 1405. Petri obitus habetur in charta Capituli gen. anni 1405 in qua dicitur Reparator Vallis Dei, et habuit plenum monachatum per totum ordinem. » Le reste n'a rien de particulier ce n'est que la répétition abrégée des notices.

par jour desquelles tant pour la seublette d'eux comme pour ce que en leur ordre ils
n'ont point accoustumé de prendre charge espéciale de nombre de messes perpetuelles
Ils n'en ont pas voulu ne oze prendre la charge. Et pour la vie sustention et fondation
desdicts quatre religieux Nous avons donné et laissé par nostre testament et dernière
volonte et encore donnons et laissons par ces présentes huit vingt livres de rente lesquelles
pour la seureté de nostre dévotion et fondation nous leur asseons sur les choses et ainsi
qu'il s'ens^{ensuit?}

Premièrement en assiette de deniers nous leur laissons soixante et cinq livres de rente
que le Prieur de St. Escolasse membre de l'abbaye de Grestain nous est tenu rendre et payer
par chacun an aux termes de tousainctz et Ascension par moitié et à laquelle rente payer bien
et deument chacun en aux dictz termes l'abbé et couvent dudit lieu de Grestain sont obligez. Item
quinze livres de rente en deniers que Guillemis Ruchar^{or} nous est tenu rendre et payer par chacun an
audict termes de tousainctz et Ascension par moitié à cause et pour raison du hobergement jardins
Domaines et autres appartéces du Saussoy s^{iz} près nostre ville dudit lieu de Verneuil par nous
baillié à piéce à celle rente. Item nous leur baillons en assiette pour cinquantes livres de rente
toute et belle acquisition comme nous avons faict de Collin de la Barre et de Jeanne sa femme
de la terre de Solignij s^{iz} ou compté du perche et l'estang de la Jacquetiers par nous acquis d'un
nommé Robert Assoupart avec toutes et chacunes les appartéces^{tenances} à la dite terre et dont ceux qui l'ont
tenue paravant quelle vensist en nostre main ont j'ouij et use et se aucunes Domaines ou terres tenans
des appartéces dudit lieu de Solignij paravant l'acquisition qui par nous a esté faicte desdicts de la
Barre et sa dite femme elle ne soit en rien comprise en cette assiette ne aussy nij est en rien
comprise la terre de Cohardon. Item nous leur baillons pour vingt cinq livres de rentes et parfait
de l'assiette desdicts huit vingt livres de rentes la terre de St. Pater s^{iz} en nostre baronnie de
Soursioie o toutes les appartenances quebcunques en la manière que nous l'avons eu et retraiet
par seigneurie de M^o mace Louvet archidiaque de Vannes lequel l'avoit acquis de messire Robert
de Sarennes chevalier toutes lesquelles rentes et terres dessus déclarées nous baillons cedons et
delaissons et transportons audit hotel du Vandieu pour l'assiette desdictes huit vingt livres de
rentes et nous en desaissons par l'auteur de ces présentes et en baissions et revertissons les dictz
religieux dudit lieu pour en j'ouir user et exploicter à tous jours mais perpetuellement comme de
leur propre chose par l'augmentation et fondation desdicts quatre religieux par la forme et manière
desus

Dessus déclarée Desquelles choses faire et accomplir selon nostre devotion et la fondation
Dessus declarée, lesdits Prieur et religieux Du Vaudieu nous seront tenus bailler et faire avoir
Lettre d'eux et de leur grand Prieur pour plus grande approbation et seureté et tendront les
choses dessus déclarées en main morte souz nostre seigneurie et haute justice et des choses
qui doivent foij nous seront tenus bailler homme et a vivance d'iceluz nous payer
soixante solz pour chacun rachapt a laquelle somme nous leur abornons attendu
que l'adule dudit rachapt se il est levé entièrement il conviendrait quala vie et pour-
-v^{uoy}ance desdicts quatre religieux diminuer de tant sans ce que par nous nos hoirs succes-
-seurs et ayant cause leur puisse et ou pour le temps a venir leur estre sur tout ce que dict
est mis aucun arrest, destourbier ou empeschement, Mais obligons nous nos hoirs
et toutes nos choses à leur fournir et faire valoir la dite assiette sans aucun dict et
ou amenissement ou a leur en bailler ailleurs assiette ou mieux apparoisante de toutes nos
choses héritaires et a icelle leur garantir de lever et oster de tout empeschement et encombre-
-ment envers et contre toute personne et voulons que des à présent Les dicts Prieur et Couvent
Du dit lieu Du Vaudieu puissent par eux ou leurs gens apprehender possession et saisine des dites
choses contenues en l'assiette et que des soixante^{et} cinq livres de rente à eux assis sur le Prieur
de saint Beclasse et aussij des 15 livres sur le lieu de Sausoij payement et satisfaction
leur soit fait dorénavant par les Prieurs dudit prieuré et tenans dudit lieu Du Sausoij que
sont ou seront pour le temps advenir lesquels nous enquittons et deschargeons tant pour nous
que pour nos hoirs par les payent à tous jours mais dorénavant aux dits Prieur et Couvent
sans ce que par nos receveurs qui ont accoustumé à faire les recettes tant des rentes en
deniers comme des terres à eux baillées en assiette sont de ce fait aucune recette pour le
temps et les termes advenir auxquels nos receveurs nous en defendons toutes recettes et pour
leur valloir de discharge et seureté mandons à nos aymez et peaux les gens de nos comptes
que la teneur de ces présentes Il passe register mot à mot en la chambre de nos comptes
et que les rentes et la valeur des terres dessus déclarées baillée en assiette pour la fondation
dessus déclarée Ilz ostent et rajent des comptes de nos receveurs sans plus dorénavant les
en charger en déclarant et faisant mention sur leurs comptes du contenu de ces présentes et
rabattant de leurs recettes sans aucun contredit et assij baillent et passent bailler aux dits
Prieur et Couvent toutes les lettres et enseignements qu'ils auront devers eux en la chambre
des

De nos comptes touchant l'assiette dessus declarée ou la coppie desdites lettres scellées nous
servent en autre chose pour eux en ayder en leur besoing et nécessité et que se soit chose
ferme et estable a tous jours mais nous avons fait mettre nostre grand sel à ces présentes

Donnés à Argentan le quatorziesme jour de septembre l'an de grace mil quatre cens et quatre.

L. Poibet. Et R. Descourville présens signez M. Jannuel avec paraphes et scelles du grand
sceau en laqz de soye de cire rouge et verte.

*Non multo post Argentoni decessit 30 sept. anno eodem 1404. in estate
admodum proventa: cum per triginta novem annos Alençonii comitatum possidisset. Quam
autem morum probitate praeditus fuerit, ex vernaculo ipsius epitaphio (quod in tabella scrip-
tum in ecclesia hujus cartusiae Vallis Dei pendet prope lectorium Evangelii) facile percipies.*

Est vero tale:

Au Val Dieu dessous une Pierre
Repose le bon Comte Pierre
D'Alençon, naïf du sang royal
D'homme par droit Pierre loyal
Qui longuement par un temps dit
Loyalement le sien despendit
Et loyamment-debrez sçavoir
Que ne vouloit denier devoir
Sij trespassa si comte di
De septembre a un vendredij
Vingtiesme jour sans rien rabatre
En l'an mil quatre cens et quatre.
Les simples gens deffendoit fort
Point ne vouloit qu'on leur fit tort
Paisiblement les vouloit garder
Sans empeschement leur donner
Que son droit il ne Demandoit
Et de l'autrui riens ne vouloit
Bien il doit estre réclame
En cœur pensée et volonté

Et prions Dieu devotement
Et de bon cœur piteusement
Que son ame par bons desijs
Ait la gloire de Paradis. Amen.

Exat et alterum ejusdem Petri Epitaphium, descriptum in tabella (quae exat super portam
sacristiae ejusdem, Domus Vallis Dei, versus meridiam) sequenti formâ:

Cimetiere de Monseigneur Pierre de Valois Comte d'Alençon.

Icy devant-gist Pierre de Valois
Grand amateur de Dieu et de ses loijs:
Prince soigneux de ce que après la vie
Un vray chrestien de voir a bonne envie
Comme un oiseau se baste pour voler
Il s'est demis pour mieux au ciel aller.
Pour les vertus fust plus qu'un Achilles
Contre pechez fust plus qu'un Hercules.
Le pouvre aymoit beaucoup plus que le riche
Qui par pouvoir ou par dol tousjours teiche
Pour ce eut le nom de Pierre le loijal
Plus fréquenté que de Prince Roijal,
Ors qu'il fust proche de la couronne
Lors il trouva pieté douce et bonne
Qu'il vescut ceins en toute humilité
Sa fille aussij gardant virginité
Ayant tousjours la lampe pleine d'huile
Comme les cinq sages de l'evangile.

Ce temple icy tant de voute que pands
Fèrent refaire à leur propres dépens
Et pour eux deux une chambre un peu haulte
Sans la rapine offrir en holocauste
Car lui et elle estoient justes et bons

C'est que Saultruy ne prenoient biens nij dous.
Fondez ils ont d'un vouloir magnifique
Quatre chartreux outre le nombre antique
Le Diab'le ils ont le monde et chair vaincu
Et sont bien morts comme ils ont bien vesu.
Paisiblement le vingtième septembre
Mil quatre cent et quatre, un chacun membre
Du bon seigneur la chaleur delaisa
Et peu après sa fille trespassa.

Leurs corps posez dans une mesme fosse
N'ont dessus eux de sepulture grosse
Pour remarquer d'un tel sang le tombeau
N'ny a rien engravé bon nij beau
Pourquoy cela? Car telles belles remarques
Et pour autant ce Comte D. Alençon
Humble en son cœur nij v'olut de façon
Ains qu'avec luy sa fille fut ensemble
Tout simplement inhumé en ce temple
Ou si leurs corps ne sont point elevéz
Leurs esprits moins ne sont pourtant culvez
Qui est le point que par humbles mérites
Ont desiré vivans ceans comme hermites
Que Dieu leur doint si ne leur a donné
Et sur le ciel leur soit lieu ordonné
Ou en esprit ensemble puissent estre
Comme en leurs corps sont en ce lieu terrestre.

Yus obitus signatur in charta cap. gen^{li} an. 1605, his verbis: « obit Dominus Petrus
Comes de Alençonis reparator D. Vallis Dei die 12 (melius 20) septembris qui habet monacha
tum etc. » De eo Orturus D'amonstier in neustria pia laudabiliter facit mentionem in
Descriptione Vallis Dei his verbis: « Petrus & Valesius Comes Pertici, nepos Philippi Pulchri

(notius lege nepos Caroli Valensii patris Philippi Pulchri) Regis Francorum, magnum porticum ejusdem monasterii (Vallis Dei) extraxit, de suo nomine etiamnum, vocitatum. Fundavit inibi redditus pro quatuor Religiosis sustentandis cum quatuor cellulis eorum a se fabricatis: aliisque quamplura largitus est bona, propter quae aestimatur non abs re secundus fundator; qui tandem decessit e vita Argentani die 20 septembris an. 1404. Unde autem, juxta supremam ejus voluntatem, sepulturam inactus est apud ipsos cartusianos Vallis Dei, quo dum viveret, frequentius moralatur ut devotioni impeditus vacaret; cum 10 anna lectissima virgine ejus filia, quae inibi juxta amantissimum parentem, tumulata est anno 1405, quorum epitaphium adhuc cernitur etc. ... »

Cum ex antecessoribus et successoribus Petri plures tum hujus Ordinis, tum nostri Ordinis benefactores extiterint et factores, eorum familiae seriem praecipue prosequendam, censui:

Carolus comes Valensii filius Philippi Audaci, frater Philippi Pulchri, pater Ludovici Hutini, Philippi Longi ac Caroli Pulchri Regum Franciae, fuit fundator Cartusiae Fontis Btiae Moraviae ubi plura de eo; ex numerosa prole quam ex tribus uxoribus suscepit, duos habuit filios Philippum Valensium Regem Franciae, et alterum qui fuit Carolus Valensius Comes Alenconensis, Carnotensis, Festici etc. . . . fuit et benefactor nostri Ordinis ut ex nostris chartis apparet: et primum in chartis annorum 1338 et sequentium, usque ad obitum commendatur in verbis Oratur pro Illustrissimo Domino Domino Comite Alenconensi et ejus consorte et liberis eorundem per universum Ordinem, » et post illius obitum qui contigit an. 1346, 26 augusti, bis denunciatus fuit, anno videlicet 1347 cum tricenario per totum Ordinem, et anno 1348 his verbis: Illustrissimae recordationis nobilissimo Principi patri Domini Regis Franciae Comiti De Alencone conceditur tricennarium per totum Ordinem, non obstante alio jam sibi concessio. » Causus fuit in proelio Aecico.

Joanna de Soigny filia Joannis Comitis de Soigny uxor praefati Caroli obiit circa annum 1336. Et obitus ejus signatur in charta anni sequentis his tantum verbis: Obiit Dña Comitissa uxor patris Regis Franciae, quae habet tricennarium per totum Ordinem, huius obitus non cognoverunt Sammarthani.

Maria Hispana vidua Caroli Comitis Stamparum praefato Carolo Valensio post mortem Joannae de Soigny nupsit anno 1326. cum eo in chartis commendatur ab anno 1338 usque ad annum 1346 quo maritus obiit. Anno 1363 quasdam pecunias dedit Capitulo generali

a quo propterea preces per ch. ejusdem anni obtinuit, diciturque ibidem Comitissa de
Mensone et de Stampis. Obiit anno 1369 (sed potius legendum, an. 1379 nam in ds. 1380 ponitur
inter obitus, Comitissa Alenconia que non potest alia esse quam Maria, nam uxor Petri fundatoris
Vallis Dei obiit tantum, an. 1415. nota de d. Lebouran marge) die 19 novembris juxta Sammartianos.
Sed noster Gammoronius diem signat 4 maii, de ea sic loquens: Maria de Hispania Comitissa
Alenconie que dedit 220 s. renos pro redditibus emendis, et alia multa fecit, obiit 4 nonas
mai. In prefata Maria plures Carolo liberos suscepit, qui sunt:

1: Carolus III Comes Alenconie post patrem, qui religionis zelo habitum s. Dominici
Parisii suscepit abdicata dignitate comitis et ampla hereditate, deinde Archiepiscopus Lugdu-
-nensis obiit an. 1375.

2: Philippus fratris pietatem, imitatus hereditatem paternam, dereliquit ut ecclesiastice
militie nomen daret. Primum igitur Bellouacensis Episcopus creatus an. 1356, inde
Rothomagus, translatus an. 1359. Ecclesiasticam libertatem insigni plane fortitudine contra
Carolum V. Regem Francie propugnavit, aliquoties auxilio precum ordinis implorato ut patet
ex charta cap. gen. 1371. Romam tandem secedere coactus, ab Urbano VI inter purpuratos
Patres annumeratus an. 1378. Sed ab eodem, quem monebat ut ageret clementius, purpuram
privatus est et beneficiis, quibus a Bonifacio nono an. 1389 restitutus, Romam rediit, et a
Capitulo genti in Domo Montelli an. 1390 celebrato suffragia ordinis petiit et obtinuit
ut dicemus in provincia Alemanice superioris in catalogo benefactorum, prout de eo
quoque agemus in Domo Seigonsi cujus factor extitit dum Aquileiensem Patriarchatum
tenebat. Obiit Romae 18 kalend. septembris an. 1397, alias Patriarcha Hierosolimitanus.
A Gammeronio inter Benefactores principes Vallis Dei recensetur.

3: Petrus alter fundator hujus ds. de quo, propter id quod jam dicimus, in Calendario
hoc leguntur: « Undecimo kalendas octobris obiit bone memorie Ill^{mus} et inclytus Princeps
D. Petrus quondam Comes Alenconie qui in hac Domo fundavit 4 monachos pro quorum
sustentatione dedit nobis 160 libras annui redditus prout continetur in litera super his
facta que debet legi quolibet anno infra octavam Paschoe. Item idem princeps dedit
nobis pro reparatione ds. nostre quam tempestas vastaverat quingentos francos et in
testamento suo legavit nobis 500 suta aurea, et alia multa bona fecit in vita sua,
cujus corpus requiescit in medio choro ecclesie.

et anniversario supra villam la Pointe que situatur in parochia de Moimieux (Moravia) 6: Idus Dec. — Elizabeth D'Amille uxor Mathæi Chabert que dedit quadraginta solidos annui redditus et villam de rein in parochia de Courtcharage.

Feria quarta post festum conceptionis B. Mariæ fit obitus sollemnis cum recomen-
-datione et vigiliis mortuorum, cum novem psalmis et novem lectionibus pro Ab.
-Roberto Thibault quondam Proesidente in curia regali Parlamenti; et pro nobili Domi-
-cella Ioanna de Souy ejus consorte et parentibus; pro quo eadem Ioanna dedit Valli
-Dei villam de la Moteliere situatam, in parochia de Peranchère pro qua habentur
-triginta solidi annui redditus.

Progerius Sag'entis Ep'is copus qui fundationem confirmavit habetur in numero
-benefactorum. Pro quo et D. Guillelmo Senonensi Arch'ep'is copo qui dictam domum,
-valde promovit, et cujus auxilio fuit fundata: et pro Dño Guillelmo Cadurcensi et Comite
-Pertici: Et pro Philippo de Alenconio Patriarcha Hierosolymitano, et administratore Ecclesie
-Auxitanæ. Et pro Roberto Archiepiscopo Rothomagensi. Et pro Jordano Episcopo Exoniensi
-et aliis Prælatiis dicitur in quotidiana missa defunctorum tertia oratio Deus qui inter apos-
-tolicos sacerdotes, in quæ et comprehenduntur Petrus et Odo Rothomagenses Arch'episcopi.

Guillelmus Archiepiscopus Senonensis de quo hic agitur, fuit pater germanus
-Mathildis uxoris Rotoci fundatoris hujus domus. Primum electus est Episcopus Carnotensis
-deinde ecclesiam Senonensem, rexit unde et ad Remensem, translatus ibidem, obiit ut
-dicemus in domo Montis Dei ubi plura de eo.

Guillelmus Cadurcensis Episcopus et Comes Pertici fuit magnus benefactor
-hujus D'. Postea factus Episcopus Catalaunensis, hæresque comitatus Perticensis confir-
-mavit tres modios vini annui redditus a patre suo Geofredo comite Pertici hinc domui
-Dno datos: quibus ipse Antistes quartum adjunxit in vineis Rogenti Rotodi sumendus,
-ut habet Algivius Bryus in historia Perticensi lib. 3. cap. 14, ubi agit de Prefato Guillel-
-mo quem dicit fuisse primum Propositum Calestræ et Sandoixæ, Cancellarium Ecclesie
-Carnotensis, thesaurarium S^ti Martini Caronensis, ac tandem Episcopum Catalaunensem,
-nulla facta mentione præsulatus Cadurcensis, quem tamen constat aliquando rexisse
-ex archivis hujus domus. Et revera juxta Santamarthanos quidem Guillelmus (cujus
-cognomen non ponunt) Cadurcensi ecclesie præerat anno 1306, qui videtur esse noster
-guil.

Dedit insuper 120 sulta aurea pro redditibus emendis etc... Hoc ibi, si pides Gannero-
nio adhibenda est. De eâ et Petro Navarrao plura dicemus in domo Parisiensi.

(Un autre manuscrit de chartreuse qui a dû être copié à Grenoble a de plus sur la dite Catherine: «
quantum vero in nostrum Ordinem fuit effecta ex chartis Capituli gentis ab anno 1412 ad an. 1421
colligitur, inibi enim decernitur pro eâ missa de Beata Maria in conventu celebranda per omnes
domos Ordinis eo quod consuetam elemosynam mitteret ad Capitulum gentis, et in eis dem
chartis dicitur Ducissa Baronia et Comitissa de Mortaigne.» ita manuscripto citato.

8. - Margareta virgo insigni pietate exornata, quae sese infirmorum, Xenodochii Argento-
magensis ministerio mancipans, summa cum humilitate in hoc charitatis eximie
exercitio vitam traduxit, in eodem Xenodochio cum Maria Chamaillard matre sua sepulta.

Ex Joanne 1^o Duce Alenconii et Maria Britanna ejus uxore quinque liberi procreati
sunt: 1^o Petrus natus an^o 1404[?] obiit an^o 1408.

2^o Joannes 11^{us} Dux Alenconii, Rex Francie, Comes Pertici etc... natus an^o 1409, obiit
an^o 1476, depositus in Ecclesia Predicatorum, Parisiis. Dicitur benefactor hujus Dⁱ.

3^o Joannes junior natus 1412, obiit an^o 1420. - 4^o Maria in pueritia mortua. 5^o
Carlota nata an^o 1412 (forte 1413) obiit virgo an. 1435.

Ex Joanne 2^o et Maria Germanica ejus conjugis nati sunt:

1. - Renatus Dux Alenconii, Rex Francie etc... nominatissimus ob insignem pietatem,
quâ anno 1494 permisit habitatoribus urbis de Mortagne ut castellum suum destruerent
ex cujus ruinis Ecclesia parochialis nocte Domine dicata, Anglorum armis devastata,
restauraretur. Hujus obitus signatur in ch. 1494, his verbis: *M^o Rex Francie Dominus*
Renatus de Valois Dux Alenconii successor fundatorum Vallis Dei. Obiit juxta
Sammartis an^o 1492, die 1^a novembris.

Ex Renato prefato et Margarita Lotharinga Comitissae de Vandemont filia, ejus uxore
nati sunt: 1. - Carolus Dux Alenconii, Comes Pertici etc... Rex Campanie et
Normannie, obiit Lugduni anno 1525 et signatur in ch. ejusdem anni. Ex sua uxore
Margareta Valensia Francisca Ducis Valensie et postea Regis Francie sorore nullam
suscepit prolem, sicque in eo desinit stirps Ducum Alenconii.

2. Francisca uxor 1^o Francisca d'Orleans 11 Ducis de Longueville, quo mortuo,
nupsit 2^o Carolo Borbonio Duci Vindocinensi avo Henrici magni Regis Francie, obiit

Obiit illa an: 1550, 14 sept. - 3. Anna uxor Guillelmi Marchionis Montis ferrati
Benefactoris D^e Astensis qui obiit an: 1519. Anna vero post mortem, marito precibus
Ordinis commendata fuit in chartis an. 1530, 21 et 22. quo vero anno obierit nondum
reperere potuit: vivebat adhuc an: 1531 juxta Sammarthanos. (ita notitia, post
est ^{ta?} scribit de la main de D. de Contoula excepte le testament de Pierre de Valois et la poësie en françois)

Benefactores Cartusiae Vallis Dei, ex Calendario Domus.

Januarius. (Dantes notitia, tout est écrit de la main de D. Léon.)

Calendis Januarii obiit felicis recordationis R^o in X^{to} P. O. Jordanus quondam Lexoviensis Episcopus copes qui de assensu Capituli Lexovientis et omnium aliorum, quibus competebat, legavit Valli Dei in perpetuum, eleemosynam, dimidium modium, salis annuatim, in civitate Lexoviensi percipiendum, in festo S. apostolorum, Petri et Pauli; cujus proepate donationis intuitu ultra participationem, in hac Domo eidem Episcopo, et aliis cooperato-ribus debetur annis singulis anniversarium, 4, mensis julii. Vide infra ad eundem diem, de manuscriptis collectaneis D. Francisci Ganneron.

Jordanus Du Hommet electus episcopus an^o 1197 obiit circa annum, 1214[?] (on a mis une nature sur ce chiffre). Dies obitus in necrologio S^{ti} Victoris consignatur ad 19 Calendas februarias.

Calend. Januarii obierunt Mathildis Comitissa uxor Rotrodi Fundatoris, et S. Petrus et D. Radulphus I. monachi hujus Dⁱ et frater Hubertus Bonus conversus. (L. Le coutouix a ajouté à la marge: et in his duobus monachis (Petro et Radulpho) qui fuerunt primi incolae hujus Dⁱ, conjicio hoc calendarium, non esse antiquum, nam Radulphus fuit postea Prior et alibi obiit.)

2. Januarii. obiit Ludovicus Comes Blesensis, et Elizabeth filia ejus Comitissa carnobensis. Hugo de Corion miles qui pro suo anniversario dedit deciman, circa burgum novum, et 5 solidos annui redditus. Thaimericus miles Dominus de Clinchamp dedit unum sextarium, frumenti ad faciendas hostias, annui redditus. Hugo miles Dominus de Corion dedit 20 solidos annui redditus.

3. Januarii - Nicolaus Chartain, et Michaelis uxor ejus anno 1409 dederunt in eleemosynam, 50 scuta auri semel pro participatione orationum.

7 Idus Januov. Robertus Le maistre et uxor ejus dederunt hereditatem, man, unde habentur 40 solidi annui et boni redditus. - Petrus Gasier dedit semel centum, solidos, et cum suis heredibus unam domum, cum uno horto in villa Vernolio in parocia S^{ti} Nicolai.

11 Idus Januar. De p^{re}ate S^{ti} Dionysii de molices dedit decem scuta aurea pro semel pro remedio suo et tuorum. - D. Nicolaus Drovin monachus et professor Vallis Dei dedit 20 solidos boni redditus, similiter et alius professor de Vernolio oriundus, cujus nomen sit in libro vite, dedit unam domum, in Vernolio, sitam, in parocia S^{ti} Joannis.

4^o Robertus facta partitione hereditatis paternae cum Petro praedicto fuit Comes
Fertici et Dominus de Porhoët. Inter benefactores singulares hujus Dⁿⁱ nominatur ^{Comes}
Joanna de Rohan uxore suâ. Obiit sine prole, successore relicto Petro patre majore natu.

5^o Isabella monialis Possiaci.

Ex Petro, secundo fundatore hujus Dⁿⁱ, et Maria Chamaillard ejus conjugis nati sunt:

1. - Petrus qui juvenis obiit an. 1375. - 2. - Joannes obiit puer an. 1376. - 3. - Alter
Joannes Comes deinde Dux Alenconii Rex Franciae cognomento Sapiens occisus est in
pugna Azincurtia anno 1415, 25 Octobris, quiescit in Ecclesia S^{ti} Martini Sagiensis.
Fuit benefactor hujus Dⁿⁱ in qua habet anniversarium. Hujus obitus signatur in ch. 1416.
4. - Maria obiit in pueritia an. 1377. - 5. - Joanna virgo devotissima, quae vigiliis, ora-
tionibus et jeuniis addicta vitam aliquoties ducebat in hac domo religiosissimam,
ubi reclusa in cubiculo super capitulum constructo per fenestellam, sacrum audiebat,
divinisque tam diurnis quam nocturnis intererat officiis; tandem meritis dives ad
sponsam, properavit an. 1405 (ut habet Martinus Dumonsther) die 6 Augusti, non vero
1403 ut legitur apud Sammarthanos, nam constat ex epitaphio versibus gallicis exca-
rato superius exscripto eam aliquandiu Patri fuisse superstitem, et paulo post patris functam,
cum patre sepulturam, eandem habuisse. Obiit Argentomagi. - 6. - Maria altera quae
nupsit Joanni 4^o Comiti Harcourise, jacet apud Minoritas de Chastelleraud in Pictavia.
7. - Catharina magna benefactrix et factrix hujus Dⁿⁱ et Ordinis, Desponsata fuit Guidoni
de Parat, quo praematura morte defuncto an. 1405, postea nupsit Petro Navarrae
filio tertio nato Carolo 2^o Navarrae regis Comite de Mortaing. Quo mortuo an. 1412
paulo post maritum, alterum sibi copularit Ludovicum Bravarise Ducem fratrem
Isabellae Caroli VIⁱ regis Francorum conjugis. Hujus obitus signatur in ch. anni 1464,
unde conjicere possemus eam obiisse tantum an. 1463, sed Sammarthani signant
an. 1463 diem vero 25 Junii, sicut dyptica hujus Dⁿⁱ habent. Sic enim ibi legitur: « Sep-
-timo Calendas Julii (non Augusti, ut legit Bohicinus) obiit M^{ra} Domina Catharina de
Alenconio filia Felici de Alenconio Comitis secundi fundatoris, uxor quondam Dⁿⁱ Petri de
Navarra; quae dum viveret multa bona fecit huic domui. Largita est praedictum reli-
-quiarium aureum, cum gemmis pretiosis et ornatum, continent portionem ligni S^{tae} Crucis,
reliquiaria quoque S^{tae} Agathae, S^{ti} Stephani protomartyris et B^{tae} Mariae Magdalene.

2. Idibus Mart. M. Vincentius Legior succentor Ecclesie Cathedralis Lexoviensis qui legavit in testamento suo unum calicem argenteum deauratum cum 2 uaseolis argenteis, et instrumento pacis argenteo deaurato.

17. Cal. Apr. Petrus Le Huche qui legavit in testamento suo decem francos auri ad emendos redditus.

16. Cal. Apr. Ludovicus Badian sacerdos qui dedit decem scuta auri pro participatione habenda cum suis in eadem Domo.

14. Cal. Apr. Robertus Olivier et Mattheosa ejus uxor dederunt 30 solidos annui redditus.

+ 13. Cal. Apr. — D. Nicolaus Le Huchier monachus prof^{us} Vallis Dei, qui in ingressu ordinis dedit hereditatem suam 14th annui et boni redditus.

— . Aprilis. —

5. Id. Apr. — Scientificus vir Guillelmus Vallee Canonicus et Capicarius Ecclesie Cathedralis Carnotensis dedit 10 scuta auri ad emendos redditus.

3. Idibus Apr. — Dominus Nicolaus Dinasta de Longniaco dedit 60 solidos annui redditus, et in testamento 60 francos pro semel.

+ 17. Cal. Maii. — Petrus Basselare civis Gandavensis pro cujus anima et parentum, D. Joannes ejus filius ante professionem suam factam in Valle Dei 15 Aprilis legavit 4 casulas ad missas privatas celebrandas cum totidem altaribus, paramentis, imagine quoque lapidea B^{ti} Bernardi Abbatis.

15. Cal. Maii. — Dominus de Foillet qui dedit reliquiam S^{ti} Vincentii.

14. Cal. Maii. — Robertus Apillart Rior de Longniaco qui dedit 10 scuta auri.

5. Cal. Maii. — Obiit bone memorie D^{ns} Stephanus Rogeri professor S. V. Canonicus Carnotensis qui dedit librum dictum Catholicum.

— . Maius. —

4. Nonas Maii. — Joannes Loches Burgensis Vernolii qui dedit 20 solidos annui redditus super villam de Randonay.

3. Nonas Maii. — D. Petrus Fillon sacerdos dedit 40 solidos annui redditus supra villam de Randonay.

3. Idibus Maii. — Guillelmus Marchant elemosynarius Ducis de Alenconii dedit 60 solidos annuatim in villa de ^{Mauviel}

16. Cal. Junii. — obiit mater cujusdam religiosi anglici qui dedit unum calicem cum vestimentis ecclesiasticis.

7. Cal. Junii. — Robertus de Trete Carnotensis Canonicus et doctor in legibus qui legavit in testamento suo 50 francos semel.

14. Cal. Junii. — Obiit bone probitatis vir Joannes du Coudray pro quo ejus filius Joannes du Coudray

18 Calend. Februar. obiit v. d. Joannes Le Gay Canonicus Ecclesie Carnotensis, pro fundatione
2 anniversariorum, quorum primus fit 5 Idus aprilis, secundum, 3 nonas octobris, et pro funda-
-tione aliorum, decem, mensibus ad suam intentionem, more ordinis sciendorum, ultra alia bona
quae sic contulit, summam insuper 130 francorum, manualiter dedit ad emendos redditus.
Dedit insuper quandam, catulam, de velatio nigro ad missas dictorum, anniversariorum, celebra-
-das. Proeterea donavit calicem argenteum, optime decoratum; postillas quoque Nicolai de
Lyra super totam biblicam, in 5 voluminibus.

+ J. Petrus Brochart monachus professor Vallis Dei dedit 30 suta auri pro faciendis unam
cellam, in claustris; et alia decem, suta pro suo anniversario et obiit anno 1458, 6 Idus aprilis.
Sed videtur esse error, nam ejus obitus denunciatur tantum, in ch. 1464.

— . Februarius. —

3. Idus Februarii, obiit Bertrandus Guichart et Martina ejus uxor, qui dederunt 24 solidos
annui redditus in villa s^{ti} medardi de Renote.

+ 7 Cal. Martii, obiit Joanna uxor Odonis Boulay Donati seu Probenarii Vallis Dei, qui
dederunt hereditatem suam, sitam, in parocia de Renote.

Die cinerum, fit anniversarius, privatus, pro quodam, qui dedit nobis redditus pro habendo
panem tenerum, in die cinerum.

— . Martius. —

5. Nonas Martii, Petrus Gibberti quondam vicecomes Vernolii, et Gervasia uxor ejus, qui
suo testamento legaverunt grangiam, dictam, Lebbesnil cum multis aliis redditibus ad eam,
pertinentibus.

6. Nonas Martii, Margareta de Bellegarde dedit villam, dictam, Le Boulay situatam, in
parocia B. Mariae de Resuintes. — Joanna relicta Joannis Bienvenu dedit 40 solidos
annui redditus.

5. nonas Mart. D^{na} Amitiss a Chouartii dedit semel 200 francos, ipsa est fundatrix
domus Hoarri, cujus domus bonorum, pars quinta unita fuit domui Vallis Dei ut suo loco dicemus.

8. Idus Martii, Joanna relicta Petri Vallee dedit nobis unam vineam, continentem 2 arpenta,
situatam, in Vanosa.

7. Idus Mart. Nobilis Domicella Ferrette Larguelle dedit quinque summas vini annui
redditus, quae singulis annis percipiuntur ab ejus heredibus et Gervasio Barat Dⁿⁱ de Cheser,
pro suo anniversario. —

6. Idus Julii. — D. Blasius Brunel sacerdos dedit nobis suam hereditatem, situatam in villa du Bourgneuf, et alia bona fecit.

3. Idus Julii. — Guillelmus Lousse civis Bretonica, qui vivens multum afficiebatur ad Valli Dei, unde legavit villas d'Esourval et de la Sublerie, cujus corpus requiescit in ecclesia sub tumbâ lapideâ.

15. Cal. Aug. — Obiit egregius miles D. Joannes de Broussauvilla quondam, Dominus de Quercubruna, de S^{to} Christophoro, de Esperilla et de Gytreio pro parte, qui dum viveret dedit nobis 20^{ta} Luronensibus boni et annui redditus pro fundatione quinque anniversariorum, in ecclesia nostra annis singulis more ordinis perpetuo celebrandorum, festivo, candelabris quatuor cum cereis totidem circa ejus tumbam, appositis; quorum primum debet fieri hoc die quo decessit ab hoc seculo: secundum in crastino S^{ti} Vincentii martyris; reliqua tunc feriis quintis hebdomadarum, quatuor temporum, veris, autumni et hyemis, cujus corpus requiescit in choro dictae ecclesiae sub tumbâ lapideâ.

Nono Cal. Aug. — Michael Baugie qui dedit 20 solidos annui redditus situatos super Joannem Ingensis parocia S^{ti} Petri de Boissy Le Sec.

— . Augustus. —

2. 4. Idus Aug. — Anna Helloysa prima uxor Roberti Leuigleau, et Gervasia filia eorumdem: et Agnes secunda uxor dicti Roberti dederunt 30 solidos annui redditus pro tribus anniversariis. Et Lucia mater Gervasiae de Prulay dedit 3 minas frumenti ad faciendas hostias.

1. 7. Idus Aug. — Joannes Blond miles qui dedit 120 scuta auri ad faciendam unam cellam in claustris.

10. Cal. Sept. — M. Joannes Le Fluche qui legavit in testamento suo 26 solidos annui redditus.

Primâ die vacante post festum S^{ti} Augustini Ep^{is} copi ob causas quae publicis notariorum liberis continentur, dicitur in conventu missa votiva de eodem S^{to} Augustino cum Dominica Kyrie Eleison, gloria in excelsis, orationibus in missis votivis dici solitis cum penultima Præbende famulis et famularibus pro M^o D. Duce de S^{to} Simon Domino de la Ferté, Henrica de Budos de Portes mobilissima ejus uxore, ipsorumque liberis ac posteris omnibus, ut a Domino Jesu Christo per intercessionem dicti S^{ti} Augustini perfectam, ad Deum conversionem, etc. anno 1656. Et hoc pro pluribus admotivationibus eidem Valli Dei factis.

— . September. —

Calendis Sept. — Gervasius dictus Oumont qui in testamento suo legavit tres sextarios frumenti annui redditus.

Tertio nonas sept. — Obiit inclitus ac generosus D. Joannes de Estouville miles Dominus de
Lorchiac et de Blainvillia qui legavit in elemosynam, 32 libras ceree annui redditus percipiendos
super praedia Nicolai Touthé apud Hamellum s^{ti} Manelli in parocia s^{tae} Serone
ratione quorum habet duo anniversaria pro se et Francisca de la Roche Foucaud ejus uxore.

Obiit tertio decimo Calendas Julii.

+ 4^o Idus sept. — Habetur obitus Joannis Legay Canonici Carnotensis et Praebendarii Vallis Dei
de quo 18. Calendas februarii, qui dedit insuper viginti libras Carnonens es per manus executorum
sui testamenti.

8^o Calendas oct. Ludovicus Badin curatus Ecclesiae parochialis de Bruerius Parisiensis Diocesis
qui prater donationem, decem scutorum, dudum per eum, factam, dedit insuper decem alia
scuta pro fundatione anniversarii.

3^o Cal. oct. — Circa festum s^{ti} Michaelis fiunt duo anniversaria pro Ill^{mo} Domino Joanne de
Vendosme Vicedomino Carnotensi ac Domino de Teritate, et Joanna de Brège ejus uxore,
Jacobo eorum filio, et Ludovico dicti Jacobi filio et eorum parentibus. Qui quidem Joannes de
Vendosme remisit Valli Dei summam 378^l et 11 solidorum, quae ei debebantur ratione
compositionis et redimii Domini de Filmain et du Bois^{Bois?} Des Hayes du Cremlay.

— . October. —

3^o Nonas Oct. — Obiit R^o Pater Dⁿⁱs Robertus de Rouvres Episcopus Magaloniensis et
prius Sagientis, pro cujus anniversariis Dⁿⁱs Joannes Legay Canonicus Carnotensis tradidit
10 scuta aurea ad redditus emendos. — Hic ex supplicium Libellorum, magistro nominatus
electus et confirmatus Praeul Sagientis an^o 1433, cujus translationem, ad sedem Magaloni-
ensem, videntur ignorasse Sammarthani, qui solummodo habent Robertum, de Rouvres pro-
fuisse Ecclesiae Magaloniensi annis 1433 et 1446.

6^o Idus Oct. — Joannes Marniere sacerdos de Longniaco dedit quandam domum situatam
in Longniaco, et alia bona fecit; ejus corpus requiescit in Ecclesia Vallis Dei in choro conve-
sorum.

10^o Cal. Nov. — Simon Le Mousmier sacerdos qui dedit quadraginta solidos annui redditus
super locum dictum le Roullie in vico de Labehardiere.

— . November. —

8^o Idus Dec. — Robertus Bulet dedit centum solidos annui redditus pro sua sepultura

+ Canonius Cathedralis Carnotensis dedit 20^o pro redditibus emendis. — Julianus Logie et uxor
ejus Donati Vallis Dei dederunt triginta solidos annui redditus.

— Junius. —

7. Idus Junii. — Guillelmus Mabon civis Alenconii et Joanna Augier ejus uxor habent anniver-
sarium in vigilia S. Sacramenti pro quo dederunt quatuor libras annui redditus.

6. Id. Junii. — Stephanus Fouchier Canonius et Propositus collegiatae ecclesiae omnium Ss. de Mo-
retania, qui pro fundatione sui obitus, pro quo singulis annis crastino Dedicacionis ecclesiae missa
conventualis celebrari debet cum 4 missis eodem die privatis, dedit valorem centum librarum Euro-
nensium ad redditus emendos, requiescit in choro Vallis Dei sub lapide.

7. Cal. Julii. — Obiit ill^{ma} D^{na} Catharina de Alenconio filia Petri de Alenconio comitis secundifun-
datoris Vallis Dei etc... ut supra ubi de ea egimus.

— Julius. —

4. Nonas Julii. — Jordanus quondam Lexoviensis epis copus, et omnium illorum qui nobis sal-
annui redditus dederunt: pro quo sciendum quod iste Jordanus dedit cum capitulo suo diplomata sequ-
entia: — Universis Christi fidelibus ad quos presens instrumentum, (scriptum?) pervenerit
Jordanus Dei gratia Lexoviensis epis copus salutem in Domino: Noverit universitas vestra quod
nos de assensu et voluntate Decani et capituli nostri concessimus et donavimus intuitu caritatis
Deo et monachis de Valle Dei Cartusensis ordinis in Sagienti Diocesi constitutis, dimidium modium
salis in salinis nostris de Rhoub[?] annuatim in festo Ss. Apostolorum Petri et Pauli per manum
Propositi nostri ejusdem villae apud Lexov. sumptibus nostris deferendum. Ut ergo haec nostra
donatio in posterum plenam obtineat firmitatem, ipsam praesenti scripto et sigilli nostri testi-
monio iurimus confirmandam. Actum anno Domini 1218 mense Julii apud Lexovium.

Universis Christi fidelibus ad quod presens scriptum pervenerit Willelmus Decanus et Capitu-
lum Lexoviense salutem in auctore salutis. Universitati vestrae volumus esse certum, nos
caritatis intuitu confirmasse donationem, quam Venerabilis Pater noster Jordanus Dei gratia
Lexoviensis episcopus fecit Deo et monachis Vallis Dei Cartusensis ordinis sicut in ipsius charta
quam iidem habent, plenius continetur, cujus seriem, ad majorem rei certitudinem, presentibus
litteris iurimus inserendum: Universis Christi fidelibus etc... et supra. Ut ergo hoc in posterum
maneat inconcussum, in scriptis redigendum, et sigilli nostri appositione iurimus munendum.

8. Idus Julii. — Joannes Pelque Canonius Carnotensis dedit 35th Senecel.

Guillelmus qui ad sedem Catalaunensem promotus est anno 1315. Algidius Bryus vult eum esse qui et rotodunus antea vocabatur, sed constat ex Alberico et chronico Nutissio^{do} rensi duas esse et in tabula genealogicâ ^{superius} Juferrus exarata videre est.

Robertus Archiepiscopus Rothomagensis cognomento Pullanus seu Pullus an^o 1314 duo millia halcum, singulis annis percipienda dedit, cujus donationis Diploma tale est:

« Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Robertus Dei gratia Rothomagensis Archiepiscopus salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos divine pietatis intuitu dedisse ac concessisse in puram elemosynam Deo et Ecclesie B^{te} Marice de Valle Dei Cartusienis Ordinis juxta Mauritaniam, et fratibus ibidem, Deo servientibus duo millia harengrorum percipienda annis singulis apud Dieppam, in prima septimana quadragesimæ. Ut autem hoc nostra donatio rata et inconcussa permaneat, eam presentis scripti, et sigilli nostri munimine duximus roborandam. »

Petrus Archiepiscopus Rothomagensis pro quo fit memoria in quotidiana missa defunctorum, videtur esse Petrus de Colmeu Cardinalis Albanus qui anno 1336 electus Archiepiscopus renunciavit an^o 1344. Obiit vero an^o 1353.

Odo Rigaudi Archiepiscopus Rothomagensis ordinis minorum, alterius Odonis (qui ab anno 1344 usque ad annum 1347 profuera) successor ab Innocentio IV^o Summo Pontifice consecratus an^o 1347, Ecclesiam suam rexit usque ad mortem, quam oppetit an^o 1375, 6 nonas Julii. Hic anno 1350 Donationem halcum a Roberto factam sequens confirmavit Diplomate:

« Frater Odo permissione divinâ Rothomagensis ecclesie minister indignus universis presentes literas inspecturis salutem eternam in Domino Iesu Christo. Noveritis nos anno Domini 1350, Dominica post octavas BB. Apostolorum, Petri et Pauli literas bonæ memoriæ Roberti predecessoris nostri non cancellatas, non ^{abolitas} ablatas, nec in aliqua sui parte vitiatas, prout prima facie apparebat inspexisse apud Domnam, Mariam Sagientis diocesis sub hac formâ: « Omnibus Christi fidelibus etc. ut supra... » Nos autem hujusmodi Donationem, et concessionem ratam habentes, ipsam, quantum in nobis est tenore presentium approbamus. Datum dictis die, anno et loco... » Hanc Donationem ante eam confirmaverat Petrus de Colmedio de quo supra, ut constat ex ejus literis datis
Roth.

Rothomagi in die cathedrae S^{ti} Petri anni 1236 antiquo stylo, id est 1237. nam Petrus electus fuerat an^o 1236, pridie nonas aprilis.

Præter Benefactores istos multi alii adhuc annumerantur inter quos præcipui sunt: Ludovicus Francorum rex dictus Junior sub quo fundata est Cartusia Vallis Dei, et Philippus Augustus Rex ejus filius.

S^{ts} Hugo Episcopus Lincolnensis ex cartusiano etiam habetur inter benefactores, fors an quia movit nonnullos ad benefaciendum,

Petrus filius Regis Francie sancti videlicet Ludovici, legavit suo testamento anni 1282, mensis junii Cartusia Vallis Dei 30 asses pro pitantibus et 10 libras pro monachorum necessitatibus. Fuit hujus nominis primus comes Alenconii, Pertici etc. et recensetur inter benefactores hujus Dⁱ, cum Carolo filio regis Francie comite Alenconii, qui Carolus videtur esse fundator Fontis B^{te} Marie, nam erat etiam Comes Alenconii, ut jam supra diximus in genealogiâ Petri secundi fundatoris Vallis Dei.

In charta Capituli genti^{is} anni 1558 reperientur obitus Michaelis Rinet, Michaelis Pseudhomme et Joannis Auri, qui ibidem dicuntur magni amici Vallis Dei.

Benefactoris titulum, denegare non possumus Summis Pontificibus qui suis Bullis fundationem, vel confirmaverunt, vel roborarunt: inter quos fuit Innocentius III^{us}, Gregorius 9^{us} et Joannes 21^{us}, quorum sequuntur diplomata:

1209. — Bulla Innocentii tertii

Innocentius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Garardo Priori et patribus Vallis Dei Cartusensis Ordinis tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum religiosam vitam eligentibus Apostolicum convenit ad esse presidium ne forte cuiuslibet temeritate incursus aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacrae religionis infringat: Expropter dilecti in Domino filii vestris postulationibus clementer annuimus, et domum vestram, cum omnibus bonis, pascuis et possessionibus quæ in presentiarum juste et canonice possidetis aut in futurum justis modis, prestante Domino, poteritis adipisci sub B^{te} Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus, et terminos quos vestrae domui rationaliter statutis auctoritate Apostolica confirmamus, Ad hæc auctoritate Apostolica interdiciamus et sub interminatione anathematis prohibemus ne quis infra terminos domus vestrae hominem, temere capere, furtum, seu rapinam, committere aulignem, apponere
vel

constiterit impetrari statuimus etiam ut propter communia interdicta terrarum monasterium
vestrum excommunicatis et interdictis exclusis ad minus non cogatur officis abstinere. Obviente
vero te nunc ejusdem loci Priore vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis
astutia seu violentia proponatur nisi quem fratres communi consensu vel fratrum major pars conside-
sanioris secundum Deum et approbata vestri ordinis instituta providerint eligendum. Decernimus ergo
ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium, perturbare aut ejus possessiones auferre vel
ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum
pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva Sedis
Apostolice auctoritate, et Diocesani Episcopi canonica justitia, si qua igitur in futurum, ecclesiastica
seu secularis persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit,
secundo tertiove communita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit ^{potestatis?} ~~potestatis~~ honorisque
sui careat dignitate, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate agnoscat et a sacra-
-tissimo corpore et sanguine Dei et ^{Domini nostri} ~~Domini~~ Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in
extremo examine districtè subjaceat ulioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pars
Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructuum bonæ actionis percipiant apud districtum Iudicem
premia eterne pacis inveniant. Amen. Datum Lateran. per manum Joannis ~~Stae~~ ^{Stae} Marise in
cosuodum Diacon. Card. ~~Stae~~ ^{Stae} Romane Ecclesie Cancellarii VIII. Idus Aprilis Indictione XII. Incarnationis
Dominice Anno M^o CC^o IX^o, Pontificatus vero Domini Innocentii papae IIIⁱ anno duodecimo.
Elected fuit Innocentius 3^{us} anno 1198 in Januario - -

1238. — Bulla Gregorii Noni. —

Gregorius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Priori Vallis Dei Cortusensis ordinis
cujusque fratribus tam presentibus quam futuris regulari vitam professis in perpetuum religio-
sitatem eligentibus Apostolicum convenit adesse praesidium ne forte cujuslibet temeritatis incursus
aut eos a proposito revocet aut robor, quod absit, sacrae religionis infringat, Propterea Dilecti in
Domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, et domum vestram cum om-
nibus bonis, praesidiis et possessionibus quae in presentiarum, rationaliter possidetis, aut in
futurum justis modis proestante Domino poteritis adipisci, sub B^{te} Petri et motha protectione
subcipimus et praesentis scripti privilegio communimus et terminos domui vestrae ab
Ordine Cortusensi quem ante generale consilium suscepistis provida deliberatione statutis
auctoritate Apostolica confirmamus. Ad hoc auctoritate Apostolica interdiximus et sub
_{int.}

interminatione anathematis prohibemus ne quis infra praedictos terminos hominem capere, furtum seu rapinam committere aut ignem apponere vel homicidium facere audeat aut homines venientes ad domum vestram vel redeuntes ab eâ quomodo libet perturbare, ut ob reverentiam Dei et loci vestri infra dictos terminos non solum vos et fratres vestri sed etiam alii plenam pacem habeant et quietem, liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos et absolutos e saeculo fugientes ad conversionem vestram recipere et eos absque ullius contradictione in vestro collegio retinere. Prohibemus insuper ne ulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem absque licentiâ sui Prioris fas sit de claustris vestris discedere, discedentem vero absque communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Sane laborum vestrorum de possessionibus habitis ante consilium generale ac etiam novationum quae propriis manibus aut sumptibus colitis. De quibus novationibus aliquid haecenus non percipit sive de hortis vineis et piscationibus vestris vel de vestrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere vel extorquere praesumat: Adjicientes quoque statuimus ut infra dimidiam leucam ad manus possessionum vestrarum nulli religioso liceat quodlibet aedificium constare vel possessiones acquirere sicut ordini vestro dicitur ab Apostolica Sede concessum. Consecrationes vero altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum vestrorum, qui ad ordines fuerint promovendi a diocesano suscipietis Episcopo si quidem Catholicus fuerit et gratiam et communionem Apostolicae Sedis habuerit et ea vobis gratis et absque pravitate aliquâ voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis quemcumque malueritis catholicum adire Antistitem, communionem, et gratiam Apostolicae Sedis habentem, qui nimirum nostra auctore auctoritate (vobis quod ^{hanc dicitur auctoritate} postulatur impendat). Inhibemus Apostolica auctoritate ne ullus Episcopus vel quocumque alia persona vos ad synodos vel conventus ire forenses seu iudicio seculari de vestra propria substantiâ vel concessionibus vestris subjacere compellat nec ad domum vestram non vocatus causa ordinis celebrandi, causas tractandi vel aliquos publicos convocandi conventus venire praesumat, nec regularem electionem Prioris vestri impediat aut de instituendo ^{vel} removendo eo qui pro tempore fuerit contra Statuta cartusienis ordinis se aliquatenus intromittat. Porro si Episcopus vel alii ecclesiarum Rectores in ecclesiam vestram, vel personas inibi constitutas suspensionis, excommunicationis, vel interdicti sententiam promulgaverint sive etiam in mercenarios vestros pro eo quod sicut dictum est decimas non solvit vel aliqua occasione eorumque ab Apostolica benignitate vobis indulta sunt seu benefactores vestros pro eo

quod aliqua vobis beneficia vel obsequia ex caritate prestitierint vel ad laborandum adjuva-
-rent in illis diebus in quibus vos laboratis et alii periantur eandem sententiam ferre presump-
-serint ipsam tanquam contra sedis Apostolice indulta prolatam decernimus irritandam,
nec litterae illae habeant firmitatem, quas tacito nomine Cartusiensis ordinis et contra tenorem
Apostolicorum privilegiorum constituit impetrari statuimus etiam, ut propter communia inter-
-dicta tenorum, ecclesiam vestram, excommunicatis et interdictis excommunicatis a divinis non cogatur
officiis abstinere. Obvante vero te nunc ejusdem loci Priore vel tuorum, quolibet successorum,
nullus ibidem, qualibet surreptionis astutia seu violentia proponatur nisi quem fratres communi
consensu vel patrum, major pars consilii senioris secundum Deum, et approbata vestri ordinis
instituta providerint eligendum, Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam
ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel abbas retinere, minuire seu
quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione
ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura salva sedis Apostolice auctoritate, Si
qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens
contra eam temere venire tentaverit secundo tertioque communita nisi rectum suum congrua
satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino iudicio
existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini
Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districtae subjaceat ultionis.
Cunctis autem eidem loco sua jura serva antibus sit pax Domini nostri Iesu Christi. Quatenus
et hic factum bonae actionis percipiant, et apud districtam judicem, praemia aeternae pacis inve-
-niant, Amen. Datum Lateranense, per manum Guillelmi Sanctae Romanae Ecclesiae vicecan-
-cellarii et notarii Domini Papae III^o Idus februarii, Indictione XI. Incarnationis dominicae
anno M^oCC^oXXVII^o, Pontificatus vero Domini Papae Gregorii IX^o anno undecimo. »

Gregorius monus electus fuit anno 1237, 13 Calendas Aprilis unde videtur signandus in pre-
-fata Bulla annus Christi 1238, ut sit undecimus Pontificatus illius, occurratque Indictio undecima
quae anno 1237 erat decima.

1276. — Bulla Joannis XXI: —

« Joannes Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Priori et conventui monasterii Vallis
Dei Cartusiensis Ordinis Sagensis Diocesis salutem et Apostolicam Benedictionem, Cum a vobis
petitur quod justum est et honestum tam rigor aequitatis quam ordo exigit rationis ut id per-
-petuatur »

solicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Propter Dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu omnes libertates et immunitates a Prodecessoribus nostris Romanis Pontificibus per privilegia vel alias indulgentias monasterio vestro seu vobis concessas, necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a Regibus et Principibus aliisque Christi fidelibus rationaliter vobis indulgas sicut eas juste et pacifice obtinetis vobis et per vos eidem monasterio auctoritate Apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum, eius se noverit incursurum. Datum, Viterbii Idus novembris, Pontificatus nostri anno primo. 55

Non signée scellée de plomb sous laçst de soye jaune et rouge. — Joannes 31^{us} electus fuit Viterbii anno 1276, 13 septembris, et ibidem, scilicet Viterbii obiit anno 1277, 15 et 20 maii.

Litterae Lisiardi Episcopi Sagiensis, quibus confirmat donationem a fundatore factam in sylva de Reno.

L. Dei gratia Sagiensis Episcopus universis Christi fidelibus, ad quos praesens scriptura pervenerit salutem in perpetuum. Invitat caritas et susceptae sollicitudinis officium nos inducit, ut eorum paci et tranquillitati omnimode providere curemus, quos suae religionis meritum et arctioris vitae et ordinis disciplina efficit commendandos. Propter felicias memoriae L. (lego potius F. id est Frogerius de quo supra) Sagiensis Episcopi prodecessoris nostri vestigiis inhaerentes juxta ipsius autenticum scriptum donationem, et concessionem, Tomis (porta carissimis) in Christo patribus nostris de Valle Dei a nobili Comite Fertici R. factam, in foresta scilicet de Regno praesentis paginae et sigilli nostri testimonio duximus confirmandum in perpetuum, decemodnam, quiete et libere possidendam. Ad haec ex ejusdem prodecessoris nostri carta nobis innotuit Galerani, de Finu Gaufrid filium, ejus Hugonis, de Courserans. fratres, Galerani, Guillelmum, forestarium, et filios ejus omni juri renunciasse, quod in memorata foresta schabere debuisset asseruerant. Ne quis ergo donationem, factam, et concessionem infringere ullatenus seu immutare de coetere praesumat, eam paginae praesentis attestatione et sigilli nostri auctoritate communire duximus: Denunciamus et excommunicationis vinculo innodandos quicumque ad tam dictas patres profilis certibus injurias, sive contumelias, aliquatenus inferre praesumpserint. Testibus Rotredo Ebrosicensi
Archid.

Archidiacono, Adam Capellano, W^lo anglyena, Osmondo sacerdote, Girardo Capellano Mauritanice, Galerano de Pina, Garino de Lonrey etc.

Hactenus literae L. Episcopi Bagiensis, quem puto esse Lisiardum, qui a Sammarthano dicitur profuisse post annum, 1236, et obisse circa annum 1241. Sed Ogidius Bryus in historia Ferticensi lib. 5. dicit extare illius diploma in tabulario S^{ti} Dionysii de Rogenta Protrodi, quo Diplomate dato anno 1233 in maio confirmat monachis ejusdem loci omnes ecclesias quas possident in territorio Coloniensi et Mauritanice.

Si tamen testes qui in praefatis literis nominantur, ad eas pertinent, non vero ad literas Trogerii in quibus iidem designantur ut supra videre est, dicere debemus easdem literas non esse Lisiardi sed alterius cujusdam, scriptoribus hactenus ignoti, cujus nominis prima litera est L. quique successerit immediato Trogerio. Porro ad hunc modum, expediendum, legendum, erit autographum, ipsarum, literarum, quod non vidi.

Anno circiter 1122, Henricus V^{us} Rex Angliae confirmavit omnia bona hujusce domus: ut constat ex ejus patentibus literis apud Ms. codicem, Domini Vucion, Lutetiae: postquam ipse Rex Anglus Normanniam, usurpasset. (Rex Neustriae p^{ro} Arturi Dumatier.) - Hactenus notitiae a Cur. Le Cousteux exscriptae -

Ga

Hugo

Genealogie des Fondateurs
de
Val Dieu



Genealogia Rodoti fundatoris Vallis Dei.

N. Vicecomes Castalduni = Moiles onda ejus uxor

Gaufridus Vicecomes Castaldunensis Dominus de Nogento vivit et sub Roberto Rege et sub Henrico Roberti filio anno 1030. fundavit ecclesias in sepulchris apud Castaldunum, et in Dionysii apud Nogentum. Occisus fuit in urbe Carnotensi. uxor ejus Heusica.

Hugo Vicecomes Castaldunensis obiit sine ulla prole.

Rotocus Comes de Britania seu Pertici (ut habet Duchonius) et Vicecomes Castaldunensis, bellum movit contra Episcopum Carnotensem.

Gaufridus sive Godfridus Comes de Britania Guillelmo Duci Normannorum adfuit cum Angliam regnum occupavit anno 1066, ut habet Guillelmus Pictavensis in gestis Guillelmi Ducis. Anno 1088 arma movit contra Ducem, Normanniae ex ordine Vitalis lib. 8. obiit ante annum 1100 ex eodem. Uxor Beatrix filia Hildivini Comitis de Roussiac (Roussy) -

Hugo Vicecomes castaldunensis a quo ampla familia

Rotocus Dominus de Montevitalis, Ep. 8. et lib. 10 ad annum 1098. -

Fulco - **Hevisia**

Rotocus II. Comes de Britania et Pertici et Dominus Bellisimi ex Domo Henrici I. Regis Angliæ vivente Patre cum exeret in Hispaniam, perierit. Anno 1096 Robertum Ducem Normanniae comitatus est in terram sanctam. Adhuc vivebat anno 1141 ex ordine. Uxor ejus 1^a Mathildis filia Henrici I. Regis Angliæ quæ obiit 1120. Uxor 2^a **Harvisia** quæ post mortem Rotoci nupsit Roberto Comite Drocensi filio Ludovici VI. Regis Franciæ. Et autem filia Galteri Baronis de Salisbury in Angliæ.

Juliana uxor Gislaberti de Aquila Roberto Duci Normanniæ gratiosissimè.

Margarita uxor Henrici filii Rogerii ab Roberti de Belle-monte. Certe Margarita postea et cartellum Dor et agur, ou Dargent a trois charons de gueules, autre ment au chevron de trois pièces, ou D'agur à 4 G. or Dor -

In 1^a uxor
Philippa uxor Helise filii secundo geniti Fulconis Comitis Andegavensis.

Stephanus cancellarius si videt et de diebus caput Palermoe qui obiit ante 1167.

Gaufridus de quo meminit Prothonotarius Normanniæ.

Rotocus III. fundator hujus Castellæ de quo agitur apud continuatorem Sigeberti et in chronico Normanniæ. Ab eodem Paris et Rogerius de Homedon dicunt eum circum annis 1186 in terram sanctam. Rigordus de gestis Philippus Augusti annuuntiat 1187. Deinde ad annum 1191 dicit eum ibidem obiisse. Eodem anno, inquit, Comes Theobaldus pater et misericors Regis Francorum Senescallus, Comes Clarimontis, Comes Perticensis, Dux Burgundiae et Philippus Comes Flandriæ in obsidione Hecii Domino vocante viam universæ carnis ingreffi sunt. Duchonius et Ogerius Brugus dicunt nosse Rotocum uxorem duxisse filiam Theobaldi Comitis Blesensis sororem Henrici, septimi Comitis Acrii Castellani, et Alce uxoris Ludovici Junioris Regis Franciæ. Sed nomen ejus hactenus scriptoribus fuit ignotum, quod fuit in libro attributo reperitur in Calendario hujus die in quo ad Kalendas Januarii signatur amicus arvensis, quod, Rotodi vero fundatoris ad 6^{as} Kalendas Augusti. Ogerius de la Roque in historia familiae de Haricoria vocat eum, Mathildem, sicut et Sammorthan ubi agunt de Rotodo Episcopo catalaunensi.

Henricus obiit juvenis -
Rotodus Episcopus catalaunensis creatus ante 1190 cui successit Gerardus Duce Duaco et hinc Guillelmus Rotodi: prout ex Episcopo Cadurcensi

Godfridus III. Comes Pertici et Episcopus in terram sanctam perierit annis videlicet 1191, 1198. cumque iterum, ad eandem, peregrinationem se accingeret obiit in quadragesimo anno 1202, ex observationibus L. de Fresne in historiis Godfridi Villharduini. Fuit benefactor hujus domus, cui dedit tres modios vini annui redditus, a Villharduino dicitur princeps potens et dives ac magnæ famæ equesque strenuus. uxor 1^a Mathildis quæ vivebat anno 1170 - 2^a Mathildis filia Ducis Saxoniæ nupsit Richardi Regi Angliæ ducta circa annum 1189. -

Stephanus de quo Godfridus de Villharduino dicit Mathildem filiam acatus a Balduino Imperatore Constantinopolitano.

Guillelmus benefactor hujus St. Episcopus Cadurcensis et Catalaunensis, ac Comes Pertici post mortem Thomæ filii patris sui. -

Thomas. Comes Perticensis fundator Abbatiæ de Clereto monialium Ordinis Cisterciensis. Anno 1217 quodam dedit monasterio S. Leonardi de Bellisimo. Eodem anno occiditur in Angliæ in proelio inter Regem, et Barones commisso. Hunc abbatem Paris superbum vocat; De eo etiam agunt Thomas de Walsingham, ad eundem annum, Guillelmus de Pange et Vincentius Belvacensis lib. 31, cap. 76. Hinc successit in Comitatu Guillelmus Episcopus Catalaunensis; quo mortuo, Rex Franciæ Perticum, aut partem ejus occupavit. -

Catalogus Priorum Vallis Dei

(Liber des notitiae - est écrit de la main de S. Levasseur)

R. Prior - 1^{us}

« Hanc primam nominis primi Prioris litteram excerpimus ex libro 6^o epistolarum Petri Abbatis Cellensis, epistola secundâ, quam postea subjiciemus. Legendam H. folius, quam R. scribit noster Franciscus Ganneron vir sagax in scrutandis antiquitatibus Montis Dei, juxta cujus sententiam Rodolphus successit H. Proto priori hujus cartusie. In chronico m. ss. Cartusie Vallis s^{te} Petri. » ita cat.

Rodolphus. -

Prior 2^{us}

« Sic Rodolphus alumnus Montis Dei (vel Vallis s^{te} Petri) ab anno 1160, sub Simone Priore, cujus subscriptio saepius habetur in instrumentis aliquot piarum donationum Montis Dei. Fuit etiam unus ex primis initiatoribus Vallis Dei, ut in diplomate fundationis supra descripto conceptissimè exprimitur. Defuncto autem primo Vallis Dei Priore R. sive H. appellato, Ingelbertus, Montis Dei (cum Vallis s^{te} Petri, quae dicitur) superior, substituit pro eo Rodolphum, quem Dominus et Probat^{us} terrae illius fuisse gratissimum et in sanctitate vitae exercitatum licet juvenem, probant verba Petri Abbatis s^{te} Remigii ad Albertum Cardinalem, et Romanellæ Legatum, cujus epistola talis est: (Epistola 1^a lib. 6^o)

« Nisi tanta distantia locorum et multiplex occupationum impedimentum, nos retineret, dilectissimam nobis paternitatem vestram, visitare nullatenus tandem postposuissimus. Est enim in pectore nostro multa de negotio vobis injuncto, et de fine ejus sollicitudo, quia honor Dei et ecclesiae utilitas, et famae vestrae integritas, atque totius curiae Romanae circumpectio ex eo accipiet apud conscientiam omnium laudem, et magnificentiam, si secundum regulam aequitatis et veritatis sortitum fuerit effectum. Quatenus ergo res jam processerit, non sit vobis taedium, amicum vestrum, certificare. Habetis autem, dorem, si placuerit, per quem fideliter remandare et securè potestis, Priorem, utique de Valle s^{te} Petri, carissimum, filium vestrum, quem in christo genuistis, et ejus spiritum, in omnibus vobis obnoxium, reddidit. Ad locum namque, qui Vallis Dei appellatur, profectus, ut ibi Priorem substituat, non multum a vobis remotus, si ei mandaveritis venire ad vos, tutis auribus instillare poteritis.

quae de statu vestro grata vel ingrata vobis occurrunt. Et mihi quidem videtur, profectum locum vestro auxilio et consilio multum indigere, quia Episcopus ad cuius Diocesim pertinet, manus benedictionis et auxilii differt apponere. Neque enim coemiterium, neque monasterii sui consecrationem, fratres, qui ibi manent, habere possunt. Vestra itaque interest, quod de facili potestis, pauperes Christi in hoc juvare, ut in loco benedicto creatorem suum benedicant. In calce litterarum, supponimus vobis commendare Priorem, qui ibi substitutus est, quem de formace religionis, et regularis subjectionis monitor extractum, ad curam animarum regendam, filius vester manum mittere coegit. Doctrinam itaque et auxilio vestro instruite illum, quia scitis quam difficilem rem arripit, qui animas suscipit regendas. »

Huius monasterii ecclesiam postea consecravit Frogerius Sagensis Episcopus anno 1181 juxta catalogum Episcoporum Sagensium a Sammarthanis editum, vel anno 1184, uti referunt antiqua huius cartusiae monumenta. Ad sextum autem Idus Junii occurrit dedicatio majoris ecclesiae Vallis Dei a Frogerio facta, et die 31 Augusti notatur in antiquo calendario consecratio ecclesiae inferioris, quae est in correria. De Frogerio jam egimus inter benefactores.

Item, Petrus Abbas supradictus libro 6^o Epistolarum, 2^a epistola, de primo Vallis Dei Priore ejusque successore scribit in hunc modum ad Guillelmum Archiepiscopum, Senonensem.

« Opus manuum vestrarum, locum utique, qui dicitur Vallis Dei, non tradatis oblivioni: quia novella plantatio cito deficit, sive arescit, nisi i frequentis irrigatione ei succurratur, et fomento multiplici fovetur. Ad suam patriam, ut credimus, evolarit spiritus filii vestri fratris R. quem, sicut paternis gremiis, dum in carne esset, continuistis, sic justum est, ut orationibus et benedictionibus vestris usque ad thronum gratiae conducatis. Quia ergo sublato pane de mensa Domini, in salbato novum substituendum, non ignoratis, eandem dilectionem et protectionem, oramus impendi bono et religioso juveni, quem, amicus et filius vester carissimus ibi ex voluntate fratrum, proposuit Prior de Valle S^{ti} Petri. Et scitis, domus ista, domus orationis vocatur. Necessae est ergo, ut sine dilatione auxilio vestro consecratur, quantum veraciter et non fallaciter locus ille sanctus vocetur. Quicquid enim, ibi religionis, orationis, sanctificationis, mortificationis et aliarum, sanctarum, observationum, servi Dei inibi conservando celeste praemium, promeruerint, in sinu vestro revertetur, et ad caput vestrum, deflectet, quia qui recipit prophetam, in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet. Non ergo pigeat vos, coepisse expendere in usus pauperum, aliquid

De

De substantiâ vestra, quia vos recepturi sunt in octavo tabernaculo. »

De Guillelmo Archiepiscopi benonensi perhonorifica jam facta fuit mentio in catalogo Benefactorum.

Substitit itaque Rodolphus Prior in Valle Dei usque ad annum, 1175 (vel 1177 a joute' D. Leconteux en marge) quo translato Engelberto Priore ad Episcopatum, eidem successit in regimine apud Vallem S^{ti} Petri. Cum etiam Engelbertus post abdicatam dignitatem, Pontificiam factus fuisset et Prior Montis Dei, perrexit simul cum Rodolpho Priore Vallis S^{ti} Petri ad Vallem Dei, ut ex instrumento mox describendo patet. — Vivebat adhuc Rodolphus anno 1190 et 1199, quo (1190) ad Montem Dei perrexit deputatus una cum aliis proclatis et viris mobilibus qui assisterent componendis et pacificandis discordiis, quas adversus fratres Montis Dei habebant ratione terminorum, Artesiani Eparchæ. Consulte Catalogum Priorum Vallis S^{ti} Petri.

Refert Ganneronius obitum Radulphi ad diem... Decembris, at in necrologio Vallis Dei notatum ad diem primam, Januarii. » ita cat.

Guillelmus -

Prior — 3^{us}

« Hujus Prioris nomen elicitur ex quodam instrumento donationis, cujus talis est tenor:

« In nomine sanctæ et individue Trinitatis ego Gervasius de novo Castello restam esse volo tam presentibus quam futuris, quoniam donari et concessi in presentia Rothodi Comitis Forticensis et Gaufridi filii sui ecclesie et fratribus Vallis Dei quinquid juris ad me spectabat in nemore de Renon, quod continetur infra terminos eorum, his assistantibus Engelberto Priore Montis Dei quondam, Episcopo Gabillonensi, Rodolpho Priore Vallis S^{ti} Petri, Guillelmo Priore Vallis Dei, Hugone converso Montis Dei, Dalmatio converso Vallis S^{ti} Petri, Rosone converso Vallis Dei etc. ... quam donationem firmiter et immobiliter tenendam Rothodus Comes et Gaufridus filius ejus manuceperunt de mandato meo prestitito a me tamen juramento, tactis sacrosanctis Evangelis, et fide corporali interposita in manu jam dicti Episcopi Actum publice in ecclesia de Rivere anno ab Incarnatione Domini 1185. — » ita cat.

Petrus -

Prior 4^{us}

« An alius Guillelmo, an Petrus eidem Guillelmo immediate successerit, incompertum est; ex tabulis autem hujus monasterii constat anno 1208 Petrum profuisse. » ita cat.

Girardus -

Prior 5^{us}

« Juxta tabulas domesticas Girardus agebat Priorem anno 1209. — » ita cat.

Joannes.

Prior 6^{us}

« Hujus nomen excerptum est ex antiquis monumentis, proceratque anno 1233, quo anno S. Ludovicus Rex fundationem hujus domus confirmavit. » ita cet.

Henricus.

Prior 7^{us}

« Hic anno 1243, mense Samario inivit societatem spiritualium bonorum, cum domo Parci, quae postea anno 1342 fuit renovata. » ita cet.

Nicolaus.

Prior 8^{us}

« Anno 1250 clarum tenebat uti videre est in tabulario hujus Cartusiae. » ita cet.

Stephanus.

Prior 9^{us}

« Hic anno 1260 una cum Joanne Priore Ligeti Delegatus est a Capitulo generali ad designandos terminos Cartusiae Parci, de quibus consule Chronicon Parci. » ita cet.

Guillelmus.

Prior 10^{us}

« Anno millesimo ducentesimo septuagesimo (1270) hujus eremi erat moderator. Anno 1273 Guillelmus unus fuit ex diffinitoribus Capituli gen^l. Anno 1274 cum Priore Vallis S^{te} Georgii visitavit domum Ligeti. — Anno 1278 Religiosi S^{tae} Trinitatis dicti Bathurini literas associationis scripserunt Priori ac monachis Vallis Dei, quarum talis est tenor:

« Frater Joannes major Minister totius Ordinis S^{tae} Trinitatis et Captivorum, coeterisque ministris et fratribus apud Cervum frigidum, in capitulo generali congregati dilectis sibi in Christo Priori Vallis Dei coeterisque fratribus Cartusiensis ordinis salutem et orationes in Domino salutares.

Attendentes vestrae fidei devotionis affectum, quem erga ordinem nostrum, vos habere comperimus, ad petitionem, ministri et fratrum S. Illigii iuxta abbasitanam, omnium bonorum, quae fiunt in toto ordine nostro, et fient in futurum, vobis tam in vita, quam in morte plenariam participationem, duximus concedendam. Addeunt etiam, de gratia speciali, quod cum obitus vestri in nostro generali Capitulo sub praesentium testimonio literarum, fuerint nuntiati, tantum pro vobis, quantum pro unoquoque nostrum, ibidem fieri convenit. Datum apud Cervum frigidum, in dicto generali Capitulo anno 1278⁸, mense maio. »

Vitae cursum absolvit Guillelmus anno 1280, cujus obitus notatur in hunc modum in charta anni 1281: 3^o calendae decembris obiit G. Prior Vallis Dei qui habet tricennarium per totum ordinem, et associationem, cum 1^o anniversario.

Et Guillelmus forte erat ille qui anno 1347 Priorem, egerat in domo Parci, et postea fuerat

unus ex primis incolis Parisiensis, cujus elogium his verbis descripsit Ganneronius moster.
« Guillelmus Prior Vallis Dei meritissimus sic enim castigatam agebat vitam, sic laudabili conversatione suā sibi commissos et alios externos edificabat, quasi angelus aliquis in virtutis speculum, ipsis assignatus esset. Solus ejus aspectus invitabat ad pietatem et quasi altus thronus ex consortio Domini comitum faciem gerens et amabilis omnibus bonis et terribilis erat cunctis discipulis. Quem ob insignem prudentiam, et spectatam in eo industriam superiores ordinis in multis probantur fidelissimum. Nam et eo nomine plura negotia magni ponderis sibi commissa a prudenter tractavit et ad optatam perduxit finem. » ita cat.

Robertus. —

Prior — 11^{us}

« Successit guillelmo, nam hujus monasterii moderator erat anno 1281. Quando processerit desierit, nos latet. D. Le Vasseur a ajouté en marge: « In antiquo Kalendario D. Parisi ad diem 26 maii notatur obitus S. Roberti Prioris Vallis Dei, et in alio necrologio ejusdem D. Parisi legitur ad diem 31 Julii: obiit y^{us} Pater D. Ro. Lamille quondam Prior Vallis Dei. » D. Leconteux a mis ensuite — Sed duo sunt. » ita cat.

Guillelmus Baudoin, —

Prior 12^{us}

« Anno 1312 numeratur inter Priores Vallis Dei, uti testatur catalogus Priorum, excerptus ex archivis hujus coenobii, ubi tamen multorum nomina deliderantur, quae tum e chartis capitalibus tum, ex aliis manuscriptis collecta a nobis adjecimus. » ita cat.

Reginaldus. —

Prior 13^{us}

« In quodam decreto Capitali generalis an. 1312 (1312) confirmante quendam concordiam initam inter Priores Cartusiae et Calceii, nomen Reginaldi notatur. Sic autem incipit: « Nos Philippus Prior Ligeti Vicarius in generali capitulo praesenti Prioris Cartusiae, Girardus Valonis, Radalphus Reparatorii, Humbertus Allionis, Bartholomaeus Vallis bonae, Reginaldus Vallis Dei, Justachius Vallis viridis, David Vallis profunda, Priores et D. Hugo de Avasio monachus D. Cartusiae diffinitores Capitali gener. Cartusiae celebrati anno 1312... »

erat Reginaldus professor Cartusiae Parisiensis ubi naturale debitum persolvit et tanquam vir de Cartusensi familia optime meritis habuit monachatus per tot. ord. juxta chartam capitularem anni 1334, ubi ejus obitus signatur ad sextum Idus septembris. » ita cat.

Joannes Columbus. —

Prior 14^{us}

« Praerat anno (1340) 1340. Item Joannes Hugo Priori Parisi anno 1342 dedit literas ^{hanc}

participationis suo et tui conventus nomine, tenore eorum quas a prefato Hugone vicibus
acceperat. — Idem egit Joannes anno 1343 cum conventu Ligeti et Fontis B^{to}e Marise —
Assumptus est postea Joannes Columbus ad moderamen, Ligeti, ubi de eo agemus. » ita cat.

Richardus Hurol. — Prior — 15^{us}

« In catalogo Priorum, assignatur tempus regiminis ejus ad annum 1353, (1353). » ita cat.

Michael. — Prior — 16^{us}

« Nichil de hoc Priore habemus proter nomen, qui juxta catalogum, Priorem agebat
anno 1367. (1367). » ita cat.

Thomas le Roy. — Prior — 17^{us}

« In catalogo Priorum, post Michaelen, Thomas le Roy recensetur de quo nichil proterea dicitur. » ita cat.

Richardus de Melesenes. — Prior — 18^{us}

« Foran idem, qui supra Richardus, procerat anno 1368, (1368), quo tempore, ad eum scriptae
fuerunt libere associationis a Priore Parisiensi in hunc modum:

« Reverendis in Christo Patribus et amicis charissimis Richardo Priori Vallis Dei Ordinis car-
tusiensis et ejusdem loci sacro conventui Joannes Prior et conventus Vallis viridis juxta
Parisios ejusdem Ordinis, salutem in Domino sempiternam, et vinculum indissolubile cha-
ritatis. Quoniam placuit dilectioni vestrae inspirante Domino parvitatem nostram, requirere
de mutua charitate connexa glutino charitatis. Nos vestre deherio et petitioni benigno ac
voluntario concurrentes assensu concedimus in Domino atque statuimus unanimiter ac concorditer,
quod ex nunc et in posterum, pro unoquoque monacho ac etiam clerico reddito in domo vestra
professo, audito ejus obitu in domo nostra monachatum plenarium, cum anniversario et
psalterio exsolvemus, sperantes in Domino quod et vos et posteri vestri pro monachis domus
nostrae et clericis redditis per omnia similiter facietis. Valete in Domino. Datum, anno
Domini 1368, 14 die Septembris. » (Vel die M^o Michaelis uti testantur litterae D^o Parisiensis.)

Prospit Richardus usque ad annum 1369, (1369) quo per ch. absolvitur, ut mox dicemus. » ita cat.

1369 à 1371. — Petrus Hamelin. — Prior — 19^{us}

« De cujus institutione sic mentio fit in ch. anni 1369, (1369) « Priori Vallis Dei ad suam
magnam instantiam, fit m^ota, et ad petitionem, et magnam instantiam ipsorum, qui petierunt
super annum, sibi provideri de personâ S. Petri Hamelin, providemus praedictae domui de
eodem, sublatâ tamen prius voce seu vocibus conventus praedicti ad cautelam, pro hac vice,

et donec habeant novum, Priorem, interim gerat-Prior absolutus. » Anno 1371. (1371) Priori Vallis Dei ad sui magnam instantiam fit m^{ia}. — Decessit Petrus Hamelin, monachus Cartusiae habuitque annis et aricium per tot. ord. sub die 19 maii. h^{us} obitus signatur in ch. anni 1407. Olim, Prior Fomerii. » ita cat.

Joannes. —

Prior. 20^{us}

« In catalogo Priorum, tempus ej^{us} regiminis signatur ad annum 1372. (1372). » ita cat.

Jacobus. —

Prior. 21^{us}

« Iuxta catalogum, Priorem agebat 1382, (1382) an ante annum 1380 jam hoc munere fungebatur, incertum nobis est ob tenuem, notitiam, ex hac domo nobis submittatam. Anno autem, praefato 1380 male audit Prior Vallis Dei in comitiis generalibus, ut exhibet: « Priori Vallis Dei non fit m^{ia}, quamvis bene esset dignus propter illa de quibus est notatus in charta visitationum, et quia ad illa processit sine licentia Capituli gen^{ti} vel Prioris Cartusiae, sit per tres menses extra sedem Prioris in conventu. » Anno 1384: « Priori Vallis Dei non fit m^{ia} et pro defectibus de quibus clamavit culpam suam, per literas dicat per unum annum, singulis diebus Letaniam, et recepta charta capituli infra mensem, deponat 18 francos quos debet dicta domus tam domui Cartusiae quam Capitulo gen^{ti} inclusa tailia praesentis anni pro temporibus retroactis in manibus Prioris Vallis viridis, alioquin lapsa mense abste-
neat a vino et ab officio sit suspensus donec satisfecerit de praemissis. » ita cat.

Dionysius David. —

Prior. 22^{us}

« Praerat anno 1389 (1389) ut ex archivis hujus monasterii colligitur, h^{us} obitus notatur in ch. anni 1399. (1399). — » ita cat.

à 1402. — Guillelmus Baudouin. —

Prior. 23^{us}

« Notatur in catalogo Priorum, ad annum, 1402 (1402), quo per chartam capitularem, Priori Vallis Dei fit m^{ia} ad suam magnam instantiam et vadat ad domum Rasol pro adjutorio et consolatione Prioris. — » ita cat. —

1402 à 1405. — Firminus Verris. —

Prior. 24^{us}

« Professus Abbas villos anno 1402 (1402) per generale cap. Prior institutus profuit usque ad annum, 1405 (1405), quo absolvitur per idem capitulum, vide catalogum, Priorum Abbatis villos, cujus fuit moderator. — » ita cat.

1405 à Petrus de Lineto. — Prior — 25^{us}

« Professus Parisiensis anno 1405 (1405) per gen. cap. Prior ordinatus anno 1406 visitavit
domum Parci cum Joanne Priore Fontis B. Marice. — » ita cat.

Joannes de Launay. — Prior — 26^{us}

« In catalogo Priorum dicitur profuisse anno 1403, et Firminus anno 1404. Verum
constat ex charta Firminum fuisse institutum anno 1402. Iterum in catalogo Joannes
de Launay proceerat anno 1412 (1412). — » ita cat. —

Petrus de Lineto. — Prior. — 27^{us}

« Rursum clarum tenebat anno 1413 (1413). Decessit simplex monachus in domo
Parisiensi, cujus obitus notatur in charta anni 1422. — » ita cat.

Petrus Saince. — Prior. — 28^{us}

« Recensetur in catalogo inter Priores ad annum 1416 (1416), de quo nihil aliud habemus ^{in cat.}

Guillelmus Baudouin. — Prior — 29^{us}

« Anno 1425 (1425) Priorem agit. An ille qui supra, aut is cujus obitus notatur ad an.
1495, nos latet, nam distinctius quam signatur in charta capitulari cujus vita esset producenda. » ^{ibid.}

1433 à 1436. — Joannes Bertrandus. — Prior — 30^{us}

« Professus Vallis Dei per ch. anni 1433 (1433) Prior instituitur, antea proceerat domui
Vallis profundae. Anno 1438 remittitur ad domum Luviniaci. — » ita cat. —

1436 à 1456. — Joannes Tolys. — Prior — 31^{us}

« Absoluto Joanne Bertrando per gen. Capitulum, anni 1436 (1436 sic), Joannes Tolys
Prior nominatus profuit usque ad annum 1456 (1456) quo absoluitur per gen. cap. — » ita cat.

1456 à 1457. — Joannes Pielli. — Prior — 32^{us}

« Anno 1456 (1456) per ch. capitularem, e moderamine Fontis B. Marice translatus ad Vallis
Dei gubernaculum profuit usque ad annum 1457. (1457) quo per idem Capitulum proficitur
domui Luviniaci. Consule catalogum Priorum Fontis B. Marice, — » ita cat.

1457 à 1466 Joannes Tolys. — Prior — 33^{us}

« Anno 1457 (1457) per ch. iterum ad moventer regimini, dimisit autem Prioratum
circa annum 1469. Cujus obitus notatur in charta anni 1478. — » ita cat.

Guillelmus Balduini — Prior — 34^{us}

« Proceerat annis 1470 (1470) 1472, 1474, 1476, et constat ex libro m. s. visitationis, ^{quando}

quando autem absolutus est ab officio, minime mentio fit in Catalogo Priorum, ante autem annum 1483 jam exanctoratus fuerat propter senium. Primus omnium Priorum fuit qui in ch. capitulari elogio eohonestaretur, brevi quidem sed perhonorifico hoc signatur ejus obitus in ch. anni 1495: « D. Guillelmus Balduini monachus professor Vallis Dei, qui longo tempore fuit Prior dictae domus, et laudabiliter 50 annis stetit in ordine, obiit in vigilia s. Apostolorum, Simonis et Judae... » Hactenus charta. Porro si Guillelmus iste 50 tantum annos transigit in ordine; alius est Guillelmus Baudouin^o qui clavum tenuit anno 1495.

Anno 1480 tale decretum, e capitulo gen^l emanavit pro Franice provincia: « Et quia intelleximus quod quidam Priores dictae provinciae Franice negligunt habere chartam capituli, quae annis singulis fit, ita quod ipsi et conventuales eorum debitum, in persolutione eorum, quae ordinata sunt facere non possunt, idcirco monemus eos, ut a talibus se emendent, et chartam quam citius habere curent, alias nisi infra festum s. Joannis Baptistae recipere curaverint, dicto festo clapsu a vino abstinant, donec habuerint et pro negligentia de tempore proterito, quilibet dicat unum, pro alterum... » ita est.

Joannes Bouillon -

Prior - 35^{us}

« Proceerat anno 1482 (1482) ut videre est ex literis associationis datis in hunc modum monialibus Casoe Dei: « D. venerabiles et tres-cheres et bien aimées en nostre Seigneur Jesus Christ la Prieure et religieuses de cheze Dieu de la reformation de l'ordre de Fontevrault nous frère Jean, humble Prieur de la maison et monastere du Val Dieu de l'ordre de Chartreux et tout le couvent du dit lieu salut et oraisons salutaires à nostre Seigneur. Considérant l'affection et sainte dévotion que avez et avons à nostre dit ordre cy obtemperant à vostreth dévotion et demande vous associons et donnons tant en la vie que en la mort pleine participation de tous biens spirituels qui seront faits orb et pour le temps advenir en nostre dite maison et monastere du Val Dieu adjoutant de grâce special, que quand l'obit de chacune de vous nous sera signifié, et fait savoir sous les tesmoignage de vos lettres, nous dirons messes hautes en convent, pourveu toutefois que demeurerez tousjours en bonne reformation, en vous suppliant en nostre Seigneur que vous et celles qui viendront après vous, veillez faire pour nous et nos successeurs, comme vous avez accoustumé de faire pour vous et les frères et les soeurs de vostre maison. Donnés sous le seel de nostre dite maison le 20 jour d'octobre, l'an 1482. »

Hujus domus moderamen habebat Joannes 1485 (1485). Videtur absolutus fuisse per generale capitulum anni 1492. (1492) — » ita est.

Joannes Augous. —

— Prior — 36^{us}

« Notatur in catalogo Priorum, Prior post Joannem Bouillon, sed tempus seu annus regimini pretermittitur, unde si Priorem egit in hac domo, breve fuit ejus moderaminis spatium, postea profuit Valli profunde, ubi de eo agimus. — » ita est.

Petrus Plat —

Prior — 37^{us}

« Profuit Parci anno 1492 (1492) per gen. capitulum, Prior institutus profuit usque ad annum circiter 1495 (1495). Consule catalogum Priorum Lusiniaci. — » ita est.

Joannes Bouillon. —

Prior — 38^{us}

« Iterum adnotus regimini circa annum 1495 (1495), in hoc officio perseveravit usque ad suam obitum, qui notatur in ch. anni 1510 (1510). Anno 1507 societatem hanc domus cum domo Rothomagensi contraxit. — » ita est.

1510 à 1513. — Matthœus Surdi. —

Prior — 39^{us}

« De cujus institutione charta capitularis anni 1510 (1510) agit his verbis: Viso processu nuper facto in domo Vallis Dei super postulationem facta per aliquos ex conventu dictae domus de persona Domini Joannis Brisclance, et audita relatione Prioris Parisiensis commissitatoris provinciae, visis etiam pluribus litteris aliquorum conventualium ejusdem domus petentium D. Matthœum Surdi professum domus Vallis viridis sibi profici, dictam postulationem non admittimus et eundem Matthœum Surdi in Priorem dictae domus Vallis Dei auctoritate nostri Capituli gen^{lis} proficimus. »

Iste Matthœus anno 1509 cum esset hospes Vallis Dei factus fuerat Procurator Vallis th^{is} Georgii. Anno 1511, generale capitulum, injungit Priori Vallis Dei ut continuet structuram cellarum et sedium chori, quam citius fieri poterit. — Anno 1512 aliud decretum emanavit e capitulo cujus talis est tenor: « Priori Vallis Dei non fit m^{ia}, et quoad ea quae super quibus idem Prior petit a nobis contribui, cum statuto caveatur, ne aliqua domus se obliget ad aliquod spirituale beneficium pro aliquo premio temporali, non videtur quod idem Prior ad hoc se debeat ad cujuscumque requisitionem, aut dictam suam domum obligare, vel int^{er} factu astringere. — Anno 1513 cum nonnullas litteras quidam monachi hujus domus ad Cartusiam majorem scripsissent, tale responsum per chartam ejusdem anni 1513 receperunt: « Ut quamvis dicta domus ab anno citra fuerit visitata nihilominus tamen committitur Priori Ligeti, ut in des^{ce}nsu Capituli unⁱ cum Priore Fontis dictae

dictam domum visitet ^{ant} super contentis in literis certorum conventualium dictae domus sibi traditis
veritatem inquirent et justitiam faciant cum plenâ auctoritate capituli generalis. »

Iuxta igitur mandatum hoc profecti ambo Priores ad hoc monasterium accedentes in ipsâ visitatione
factâ die primo Junii abbatocum in ordinem redegerunt, de cujus absoluteione mox iterum eget
charta capitalaris. » ita ceter.

1513 à 1514. — Stephanus Pile — Prior — 40^{us}

« In profectâ anni 1513 (1513) visitatione mensis Junii Stephanus susceptus in abbatocum,
absolvitur per capitulum anno subsequente, ut infra patebit. » ita ceter. —

1514 à 1517. — Petrus Sutor — Prior — 41^{us}

« Construxit cathedras chori. De quibus institutione sic agit charta anni 1514 (1514): « Visâ
chartâ cum literis Visitatorum, domus Vallis Dei quibus per chartam, proceritâ capituli gen^l fuerat
commissum ut dictam domum visitarent et super contentis in literis certorum conventualium
dictae domus veritatem inquirerent et justitiam facerent cum plenâ auctoritate nostri Capituli
generalis, per quas quidem, chartam et literas nobis constat quatuor e conventualibus praedictis, qui
dictas literas scripserant et signaverant de mendacio fuisse convictos et in disciplina generali
propterea merito positos, domum vero abbatocum burdi Priorem dictae domus sibi impositis, ut
dictae litere testantur imoxium sine ullâ causâ s^{al}tem absoluteione dignâ, et in Statutis Ordinis clausâ
et sine nostra aut R^o Patris Cartusiae speciali commissione et licentiâ ad solam, et simplicem, dictae
conventualium, instantiam, et importunitatem, licet de facto absoluteum: H. S. Stephanum Pile
in ejus locum, per assertam, electionem, dicti conventus subrogatum, prout in dictis chartâ et literis
plenius continetur. Quibus omnibus visis et super his habitâ conferentiâ et deliberatione maturâ,
quia Statutis Ordinis tam antiquis et novis quam etiam novissimis expresse cavetur et inhibetur ne
Visitatores provinciarum, ad instantiam, et importunitatem monachorum, a prioratu quemquam, absol-
vant nisi in casibus in Statutis expressis sine speciali licentiâ et commissione Capituli generalis
vel R^o Patris Cartusiae, cum per nec illam, clausulam, cum plenâ auctoritate Capituli generalis, quae
in talibus apponi solet censetur major auctoritas concessa Visitatoribus aut commissariis ad visita-
tiones, alienius domus particulariter per dictum Capitulum, seu per eundem, R^o Patrem, Deputatis
quem ordinarii visitatores provinciarum haberent, si domos ipsas visitarent, quorum potestas
et auctoritas in his et certis aliis per Statuta et cartas singularum capitulorum generalium restrin-
gitur et moderatur. Propterea mentem, et tenorem ipsorum Statutorum antiquorum, novorum, novi

novissimorum, inequentes absolutionem dicti Sardi tanquam per non habentes ad hoc potestatem, quia sine speciali commissione et licentiâ et sine legitimâ causâ et contra formam Statutorum prioratorum factam, et positè proctensam dicti Pille electionem inde secutam, nullas et invalidas fuisse et esse declaramus, et eas quatenus de facto processerunt cassamus, revocamus et annullamus. Et quavis ex dictis causis dictus Mattheus Sardi debuit et et nunc deberet in dicto ejus officio confirmari, ex certis aliis causis honestis, sine aliqua ejusdem Sardi nota sua culpâ, sed pro sola ejus quam optat et ceterorum consolatione et pace, dicto Sardi nunc fit mîa quam tunc petiit; et proficimus in priorem, dictor Domus S. Petri titoris monachum professum domus Vallis viridis. Et tamen quæ dictas Pille in administratione dicti Prioratus medio tempore rite et ordinate egit et fecit ex quodam colorato titulo ad tollendas futuras scrupulas ratificamus et confirmamus. — Per idem, anni 1514 Capitulum, de Mattheo Sardi Prior Belne institutum ibidem dicitur clausit extremum, tunc etiam Capitulum profecit domus Vallis profunde Stephanum, Pille, de quo iterum, loquimur ad annum, 1520.

Petro Petrus tutor hujus eremi moderator fuit usque ad annum, 1517, (1517), quo post generale Capitulum, a monachis Parisiensibus electus est in Priorem. — ita cet.

1517 à 1519. — Joannes le Gois — Prior — 42^{us} —

12 Professus Domus Parisiensis anno 1517 (1517) succedens Petro tutore clavum tenuit usque ad annum, 1519 (1519) quo post generale Capitulum, a monachis Parisiensibus in Priorem, eligitur.

Sub ejus regimine gen. Capitulum, anni 1518 cassat pactum aliquod initum, cujus chartâ sic facit mentionem: 12 Et super his quæ scribit magister Stephanus le Court vidis pactis initis et consentis inter Priorem, et consentum dictor Domus et dictum le Court, quor dicta pacta, ut ex eorum sola inspectione patet, fuerunt pacta in damnum, et gravamen dictor Domus, nec fuerunt per Capitulum, gense confirmata et probata, quinimo per tunc visitationem, provincie in actu visitationis cassata et reprobata: propterea nos ex dictis causis pacta predicta cassamus et revocamus, et ne inde talia aut similia pacta sine nostra aut R^o Patris Cartusie licentiâ fiant inhibemus. — ita cet.

1519 Dionysius Brunel. — Prior — 43^{us} —

12 Professus Vallis Dei anno 1519 (1519) successit in locum Joannis le Gois eodem anno die festo S^{ti} Lazari ex hac vitâ ad meliorem migravit. — ita cet. —

1519 à 1525. — Joannes Martin —

Prior —

44^{us}

« De ajuſ institutione agitur in charta anni 1520 in hunc modum: « Vis à charta Capituli gen^lis 1514 per quam absolutio facta per Deputatos ad visitationem Dⁱ Vallis Dei de personâ quondam D. Matthæi h^urdi tunc Prioris dictæ domus fuit ex causis in dictâ charta contentis cum inde secuta electione D. Stephani Fille ej^usdem Dⁱ professi nunc Prioris Dⁱ Vallis profunde nulla et invalida declarata tanquam per non habentes potestatem, et contra tenorem statutorum Ordinis facta. Declaramus per dictam ordinationem, dictum Fille non fuisse nec esse inhabilem, factum, aut voce activâ vel passivâ privatam, quominus tam in dictâ domo suæ professionis, quam in aliis domibus Ordinis poterit et possit impostero, eligi in Priorem, dictâ ordinatione non obstante. Et insuper visio scrutinio electionis super post assumptionem D. Joannis Le Gois in Priorem Dⁱ Vallis viridis suæ professionis, factæ in dictâ domo Vallis Dei, quam in dicto scrutinio publicato et terminis ad opponendum, contra electionis formam, et electi personam, assignatis, altero ex duobus Prioribus ad electionem, prædictam vocatus, altero interesse non valente aut nolente cum seniore dictæ domus assumpto pro socio ex certis cum rationabilibus causis cassavit et annullavit. Declaramus non esse confirmandam, nec impedire quominus poterint conventuales ad alias inde secutas electiones procedere. Et propterea D. Joanni Martini moderno Priori dictæ domus vigore ultime electionis in dictâ domo celebratæ et confirmatæ non fit mⁱa, et visitetur ipsa domus per Visitatores provincie hinc usque ad festum omnium sanctorum. »

Præfuit Joannes Martin usque ad annum, 1525 (1525)^{quo}, per generale Capitulum ~~successit~~ ad eum instantiam, Procurator instituitur. Decessit antiquior hujus (domus)^{certusica} ubi etiam Vicarius, egerat, ej^us obitus signatur in ch. anni 1556. — » ita est.

1525 à 1530. — Claudius Cuillard —

Prior —

45^{us}

« Blumius Fontis B. Marice anno 1525 (1525) per gen. capit. successit in Joannis Martini locum, præfuit usque ad annum, 1530 (1530), quo per idem Capitulum, transfertur ad moderames domus suæ professionis. — » ita est.

1530 à

Hieronimus de Corsy. —

Prior

46^{us}

« Anno 1530 (1530) e Prioratu Fontis B. Marice ad hujus certusice gubernaculum, per chartam assumitur. — Anno 1532 Priori Vallis Dei non fit mⁱa. Et audita relatione Prioris Ligeti, qui dictam domum novissime visitavit, et visis litteris Prioris et conventualium ipsius domus

subscr.

subscriptione firmatis, licentiam concedimus ut ligna quercina 85 arpentorum vel circa succidere vel vendere possint cum conditione, quod pecunie ex venditione predictorum lignorum, conflatae ad bona immobilia convertantur. » — Anno 1533 haec Domus inuit societatem spirituales, Bonorum, cum Abbatia S^ti Martini Sagienensis ut patet ex subsequens litteris:

« Reverendo Patri nostro S. Priori majoris cartusiae ceterisque Diffinitoribus nostri Capituli generalis Cartusiani, Paracliti solamen. Nos Fr. Hieronymus Cartusianae Domus Vallis Dei humilis Prior, ceteraque fratres in hac solitudine delitescentes, sanctam in Domino conversationem nostram vitaeque reformatissimam, venerabilium PP. cenobitarum, Ordinis Benedictini attendentes, Reverendi scilicet abbatis Domini Joannis, necnon, et aliorum conventualium, tam clericorum, quam laicorum, in abbacia divi Martini Sagienensis Altissimo famulantium, eorumque precibus inclinati, participationem hanc omnium orationum, jejuniorum, vigiliarum, elemosinarum, necnon et aliorum Bonorum spiritualium, quae in hac nostra Domu, auctore Deo, sunt aut in potuerunt fieri, lecta fronte hilarique mente impendimus. Insuper et cum, Reverendum^{us} Abbatem seu quempiam, eorundem, obire contigerit, pro unoquoque missam conventualem, aliis patribus sacerdotibus missas privatas singulas non sacerdotibus autem secundum formam ordinis nostri alia suffragia persolentibus exolvemus, modo non desit vestrae auctoritatis fulcimentum, quod humillime flagitamus. Ipsi autem venerabiles Patres praescripti cenobii eandem pro nobis rependere vicissitudinem, promptissime obtulerunt, sicque implebitur vestro medico illud sapientis, pater adjuvans fratrem quasi civitas firma. Precamur itaque, venerandi Patres Diffinitores, ut si precibus nostris annuere libeat, et in ejusmodi sanctum, spiritualeque sodalium, dexteras nobis dare (quia sine vobis quicquam facere non possumus) in vestri assensus testimonium, sigillum, vestrum, cum nostro hic appposito appendi jubeatis una cum inscriptione venerabilis Patris Scribae Capituli generalis. Sicque Domino gratissimum, nobisque non inutile facturi estis. Easdem, venerabiles Paternitates vestras in Domino bene valere ac dirigi optamus nostri memores. In cartusia nostra Vallis Dei hac Martii 6^{ta} luce an. 1533. » — Conceditur, Diffinitores Capituli generalis anni 1534 — Fr. Joannes Volonis, Scriba Capituli generalis. »

Abdicavit Hieronymus se praefecturam circa annum 1545, (1545), de quo consule catalogum Priorum Pontis B. Mariae, si edificaverat campanile Vallis Dei. — » ita est

JOANNES LASSERE — — — Prior 1570

« Professus Domus Parisiensis anno 1539. 10 augusti, adhuc tyrunculus in ordine, jubente S. Joanne ^{Risus}

Ricost Mauristâ cartusie Parisiensis et premonitore sui novitiatus, ut ipse ait in epistola limari-
nari, ex gallico latinum, fecit libellum, De tribulationibus fortiter ferendis editum a quodam
theologo anonymo directumque cuidam mobili puellæ. De hoc libello ita agit moster Lasserus
in prefatione eidem proficâ. Delitescbat in cartusianâ Parisiomm, bibliothecâ libellus quidam
De tribulationibus fortiter ferendis, jacebatque diu neglectus utpote pulverulentus, vernaculus,
manuscriptus, papyraceus semilacer, nullum, nomen pro se ferens, neque authoris sui profes-
sione (ut indicat titulus) theologi, neque mobilis puellæ, in cujus gratiam prenotatur scriptus.

Hanc translationem, idem Joannes Lasserus dicavit patri suo Ludovico Lassero Canonico St.
Martini apud Burones, et provisori collegii Navarrorum, anno 1543.

Assumptus circa annum 1546 (1546) ad hujus monasterii moderamen in diebus suis
amplificavit domum. Edificia etenim hujus cartusie cum essent angusta valde ac humilia,
circa festum S. Antonii Abbatis anno 1552 id opus aggressus claustrum cum cellis ex integro œdifi-
cavit sed claustrum lapidei fornices postea destructi fuere. Cumque anno 1556 in septembri area
coemeterii fuisset debita cum reverentiâ a R^{do} S. Ictio Du Val Episcopo Sagienti benedicta, eodem
anno magna crux post sexaginta annos primæ hujus compositionis fuit mota de loco suo, variis-
que ornata picturis exaltata in medio prati. Verum anno 1562 rebellantes in superis Carnu-
tilibus Calvinistæ hostili more, Moretonium depopulati, de prædâ certiores hanc cartusiam diri-
perunt. Hi etenim, ut fere omnes erant incolæ agri Diablintensis, non facultates modo et
bona monasterii noverant, sed et sanctam monachorum vitam quotidie intuebantur, unde
illam expugnantes tum sacra tum profana œnobii manu sacrilegâ expilavere. Huc usque
proedones cernis, nunc Diaboles ex malo genio. Facti primum, Francoclastæ imagines omnes
sclopetorum, ictibus evertunt ad ingressum, lectam imprimis beatissimæ Virginis Mariæ
statuam, in altari majori et crucem in coemeterio ferream deauratam, dejiciunt. Presbyteros
quosunque et monachos, ut nainabantur, eidem cruci affixuri. Alii cellulam Joannis Texi
advent curiosius lustrantes, quem solum nacti, quia plerique religiosi salutem sibi fugâ
consulerant, monasticæ habitæ neglecto in xenonem, deduxerunt juxta eulinam. Non dicam,
quot et quantis affectus fuerit spatis, ictibus et opprobriis. Statim in poste ligatum, interro-
gat impice cohortis antesignanus de pidi ejus capitibus, exprobrat solitarie vite inertiam,
et ignavam otium. Interim unus eorum, detractam venerandi viri cucullam induit cum decisio-
ne; quibus prudens Pater respondet se ita solenniter ex statutis sui ordinis vorisse silen-
tium.

tum et solitudinem, eaque mente mundum deseruisse. Hac verborum gravitate circumfu-
sam hereticorum turmam ita confudit, ut inter se in vindictam, dati congressioris ad
rem responsi de morte ejus cogitarent. Accedit ergo unus ex illis, qui tortoris vices gerens
ejus digitis tenuissimā virgultā coaptat in modum vinculorum, quos una et gradatim coar-
ctatos ita comprimit, ut thesauros Vallis Dei absconditos vi tormentorum, Joannes indicaret.
Constringens vero acrius idololatricam abjurare suadet, imperat, cogit, et in fide papistica perseve-
ranti pronunciat capitis sententiam. Imperterritus Joannes a decennio vitam pro fide
orthodoxā profundere se desiderare testatur, imo et hujusmodi mortem existimare glori-
osam, quandoquidem, ut aiebat, a vitā desissem, potius, quam ut labem inuram catholice
religioni. Impollent Satanæ ministrelli ad tunicellam, beatum virum, deinde calicem, plenum
vino immixto ceu liquato cum pulvere tormentariorū haurire cogunt, tum irrisione compel-
lunt in sclopetum, insufflare, ac tandem, post multa convicia victimam innocentem trahunt
ad martyrium, in eumque extra cartusiam ejectum ante portam primariam, explodunt
tres sclopetorum, glandes, pro quibus adhuc rogans Joannes facto capite animam, exhalavit
Die 19 aprilis, anni 1562. Occisi cadaver ne inhumatum et diu expositum viderent heretici
juxta ostium conventus impio rite projecerunt in fossam. Postquam autem per octo dies
monasterii bona et suppellectilia in locum sui refugii transportassent, monachi in coeno-
bium reversi, primum de coede et de sepultura sui confratris a quibusdam vicinorum
facti certiores ejus corpus exhumarunt, quod post quindecim dies integrum et incorruptum,
sanguine, perinde ac si tum primum coedes fieret, puro et tabis experte inventum est,
qui mox rite solemniter in communi coemeterio juxta persolvēre. Vota monasticæ professi-
onis Joannes emiserat in majori Cartusiā, qui postea missum ad Vallē Dei longo
mortificationis martyrio et sanctā admodum conversatione ad crentum, illud marty-
rium, sese proparaverat. Itenim, bene audietur apud omnes. Hujus obitus notatur in charta
Capituli generalis anni 1563, sic: « Obiit S. Joannes Felix professus Cartusie hospes
in domo Vallis Dei, in defensione fidei et venerabilis altaris sacramenti ab hereticis
transfusus. » Hæc omnia excerptimus ex processu verbali ejus necis ubi hæc presidi-
me describuntur.

Cartusie et ad i superstes Joannes Lasserus amplam, habuit patientiæ segetem, qui
sanana ab hereticis illata pro virili res arcire satēgit, unquam sapienter laudabiliterque
sum.

suum implevisset et ministerium ad vitam meliorem evocatur a Domino remunerandus anno 1567, die 31 martii.

De eo perhonorifice scribit Joannes De Launoy in historia Regiæ navarræ gymnasii Parisiensis lib. 3. part. 1^æ. cap. 4. his verbis: « Anno 1540 Joannes Lasserus Ludovici Navarræ Provisoris nepos ex artista navarrico factus est Lutetiæ cartusianus, qui et postea ad multas Ordinis sui dignitates pervenit... » et libro eidem, 3^o, part. 4^o capite 4^o: item, sic habet: « Joannes Lasserus Ludovici Lasseræi nepos, doctrinâ et pietate floruit singulari. Hic enim postquam in navarrâ, cujus ab incunte ætate alumnus fuit, liberales scientias omnes ad plenum didicisset, et nonnihil degustasset Theologiam, anno 1540 cartusianæ professioni se votis illigavit. Quanto autem studio et quantâ animi contentione palæstram hanc vitæ anterioris ornaverit, docent cum alia munia quibus in ordine defunctus est; tum litteræ illæ, quas ad illum Jacobus Billius anno 1567 dedit ad 13 cap. februarias. Relatæ sunt in historia part. 1. lib. 3. cap. 6. longiores quidem: sed ex illis literis sic conficitur Joannis Lasseræi elogium. Joannes Lasserus, Cartusice Vallis Dei Prior dignissimus, visitator ordinis, vir et sanctitate vitæ commendabilis, et rerum usu expositus, omni doctrinarum genere præstant, qui ad eos sapiens est, ut non magis consilio alieno indigeat, quam aqua oceanus vastissimus » Hæc ibi sed etiam præstat literas Jacobi Billioi hic citatas subjicere cum integro Launoyæ loco: « Anno inquit, 1567 Jacobus Billioeus abbas s^te Michaelis in Bremo scribit ad Joannem Lasserum, qui olim ex sodali navarrico cartusianus factus fuerat. Billioi literas, quia elegantes sunt, necdum editæ, edendas esse censui. Sic autem se habent: R^{do} in X^{to} Patri D. Joanni Lasseræo Cartusice Vallis Dei Priori dignissimo, Jacobus Billioeus Abbas s^te Michaelis in Bremo.

Reverende Pater, ex patris literis intellexi te visitationis munere perfunctum, a Domino visitatum esse, ac nunc dolore pedum affectum, lecto teneri, quod profecto pro meo erga te amore atque observantia permoleste ferrem, nisi te animo comparatum esse perspectum haberem, ut non modo bona de manu Domini, sed etiam mala æquo et libenti animo suscipias. Quamquam, quid dico mala? An ex optimo illo fonte potest aliquid mali hauriri? Sed profecto hominum more loquor, qui falsissimâ opinione malum existimant quicquid carni non blanditur, nec ullis voluptatibus illecebris corpus titillat. Vulgus enim mortalius bona et mala non ad vitalis libram, sed ad ignavis lanceam expendit, ac corpore, non animo felicitatem metitur. Ac proinde non mirandum, si levissimo quoque doloris sensu labefactati manant.

ruant, si morbos extimescant, si mortis vel memoriam execrentur. At, qui hanc vitam peregrinationem, vere arbitrantur, atque absentiam, a Deo, quique verae Philosophiae, id est, mentis meditationi bona fide animum, adixerunt, domusque suae fundamenta super firmissimam petram, jecerunt; his profecto nec a morborum ventis, nec ab ullius calamitatis pluviae ruina metuenda est; his quicquid acciderit, in lucrum animae cedit, atque, ut ille ait, in bonum cooperatur. Et quem admodum, Solphoeum, fluvium, Poetæ fabulantur ad amicam, Brethusam, per mare influentem, nihil saluginis contrahere: id eundem quoque modum ipsi per calamitatum, mare ad eum in quo omnes amores suos deflexerunt, contendentes, nihil amarulentiae impatientiaeque ex rerum acerbitate contrahunt. Sicut enim, ut ait, Salamandros utique persimiles, quae in mediis flammis vivere atque exilire fertur; aut etiam, vulo illi, quem nulla vis ignis absumebat. In doloribus non mormurant, non querulas voces edunt; sed dolor quidem, in corpore, laus autem, et gratiarum actio in ore, gaudium, in animo. Mirra res, imo incredibilis: verum, iis, qui mesciunt quid sit gaudere in Domino, nec quae bona pios in caelo maneant, ullo modo cogitant, nec voluptatem, ullam, nisi quae corporis sensibus percipi possit, esse arbitrantur. At qui omnes spes suas in Deo positas habent, beatorumque ac sempiternae vitae cupiditate flagrant: iis dulce ac jucundum est ab optimo parente asperius interdum, accipi, ab optimo medico uri et secari: nec si doloris levationem quam petunt, non consequuntur, idcirco quiritantur. Morunt enim id, quod Augustinus ait, medicum non exaudire ad voluntatem sed ad sanitatem. Ac fidelis procul dubio sermo ille, et omni acceptione dignus, quo Dominus ad Paulum carnis stimulum sibi auferri petentem, usus est: Sufficit tibi, Paule, gratia mea, virtus enim, in infirmitate perficitur. Mediebat Paulus quid peteret; virtutis exercendae materiam, atque argumentum, sibi tolli postulabat, carnisque infirmitatem depelli, quae sublata, fortasse nimium sibi placuisset, fortasse super dilectum suum, minus innoxius fuisset, fortasse etiam, in superbiam elatus in diaboli iudicium, incidisset. Ergo ad voluntatem, non est exauditus, sed ad salutem, sufficit, inquit, tibi gratia mea. In quomodo super abundantem quam petimus. Nocitura petebat Paulus, accepit profutura: carbonem petebat et thesaurum accepit. gratia ipsi data est, cum quae in infirmitate potens erat, in tentatione proventum, faciebat, cum quae flagris caesus mediâ nocte cum sola Dei laude in carcere decantabat, cum quae non modo cum falsis fratribus, cum haecis cum ethnicis, cum crudelissimis tyrannis, sed etiam, cum Principibus et potestatibus, cum mundi rectoribus tenebrarum harum, cum spiritalibus nequitiae in celestibus, secundo Marte dimicabat. Ergo non hoc faciam, integerrime Praesul, ut te

in adflitâ & aletudine consolari, quippe quem melius commodiusque morbo uti non dubitem, quam
plenique sanitate, nec eo unquam adduci posse, ut cum a Domino corripis, eum incertis illius atque
ignori servi instar, durum, et asperum appelles. Quin potius tibi gratulabor qui ita vitæ tuæ actiones
compararis, ut in afflictionibus gaudere, in morbis, in morte, in extremo denique & iudicii Die, fidu-
-ciam habere possis. Quæ quidem in re bonorum, improborumque discrimen vel maxime perspicui
solet, illi enim, qui mundo humiles abjectique atque ignavi animi esse videntur, cum ad extremum
fabulæ humanæ actum, ventum est, presenti atque intrepido pectore mortem expectant, atque ad
propinque beatitudinis cogitationem incredibili quadam voluptate diffunduntur, nec ex hoc
mundo, quasi ex voluptatis paradiso, sed velut ex venantium laqueo lætissimis animis
abscedunt. Hi contra, toto quidem vitæ curriculo sibi fortes, et magno quodam animi robore
pæditi esse videntur: sed cum fatalis horam instare, nec viatici quicquam ad celestem
viam, sibi comparatum, esse sentiunt, tum vero tota illa inanis animi magnitudo concidit
subeunt lætæ, pallorque tremorque, mors illi^{is} terribilis apparet, ut castorum aies ordinata,
eandemque cum, tutissimâ et miserimâ spe ab hac vitâ, in quæ felicitatis suæ summam
collocarunt, inviti ac repugnantibus abstrahuntur. Beati igitur illi solique sapientes, qui
vitæ integritate, atque innocentia conscientia, tranquillitatem bonamque in posterum spem,
sibi emunt, morbum^{orumque} et mortis terroribus longe ante occurrunt. sed si plura de hæc
re, ad te scribere pergam, vereor ne sus Minervam docere, aut nocturnam Athenas mittere
videar, perumque meminisse ad quem scribam, hoc est ad virum, et vitæ sanctitate com-
-mendabilem, et rerum usæ exprolitum, atque omni doctrinarum, genere præstantem, qui quæ
non magis consilio nostro eget, quam vastissimus oceanus aquâ. Quare ad eas literas venias,
quas tu ad R. Episcopum^{um} Laudunensem scripsisti: quibus equidem, non dubito, quin pro suâ
humanitate satisfactorius fuerit, si ei iam urbe esse contigisset, cum ad nos allatæ sunt. Verum
octavum, jam abhinc diem Lutetiam profectus est, ibique in Laudunensi collegio non longe
a Plateâ M. abortiva domum sibi delegit. Quod quidem idcirco scribo, ut si forte hominis
videndi desiderio tenearis, eum facile invenire possis. Quod igitur scribis te summopere
cupere veram narrationem, memorabilis illius miraculi, quod anno superiore in hac urbe
editum

x sed velut ex limbo poësis et lachrymarum valle, velut ex tabernaculo tenebrarum, et obscuro
carcere, ac postremo velut ex venantium laqueo etc. ut supra

Edictum est, ad te mitte: commune id tibi esse puto cum omnibus, qui Christi gloriam illust-
trari vehementer expetunt. Quod enim post homines natos miraculum extitit, vel ad
celebrandam Dei gloriam insignius, vel ad confirmandam Ecclesiae auctoritatem validius,
vel ad Satanæ confusionem apertius ac luculentius? Regna, inquam pluvia in terram,
diuturna siti laborantem, magis tempestive decidit? quam commode hac nostrâ miserâ
tempestate signum de coelo apperuit, cum ad dubios multorum, orthodoxorum, animos con-
firmandos, tum ad errantes in viam reducendos, atque ad eos ad eos, qui circa fidem naufra-
gaverunt, ad portum revchendos efficacissimum? Et tamen tam ingrâtè, imo tanto cum
animi stupore hoc beneficium exceptum est, ut fere jam in oblivionem ierit; imo apud
multos, veri fidem, amisit. Clamant passim, haeretici detectam, esse sacrificiorum, impos-
-turam, nec Eucharistiæ vi ac potentia demonem profligatum, fuisse; sed canonicos id com-
-modi sui causâ sceleratissime conficisse. Ita Satanas damnatum, quod aperto Marte fecit,
versulis suis artibus barrire parat, atque in eo omni studio elaborat, ut tanto miraculo fides
omnis abrogetur. O miseros et sempiternâ infamiâ dignos, qui quod audierunt, quod vi-
-derunt oculis suis, quod perspexerunt, et manus eorum, contrectaverunt, id literis mandare,
ac memoriae prodere adhuc erubuerunt! Vicini nostri, imo omnes qui a Christo nominantur,
cupiunt saturari de micis, quæ de mensâ nostrâ ceciderunt, hoc est, eorum quæ vidimus,
historiam audire; et nos triumphum Christi partamque in regno nostro victoriam, literarum,
monumentis consignare cunctamur. Quanquam sunt quidam, qui in hac historiâ conscribendâ
operam posuerunt; sed tantum morce intercivisse doleo. Quis enim non perspicit, quanto
major operis auctoritas extitisset, si statim post fugatum demonem, in luce exisset. Postquam
quidem, de eare libellum, edidit, sed propter quædam, male sana ejus dogmata parum est
in eo auctoritatis. Decanus Laudunensis jussu Regis totam historiam, lingâ latinâ et
vernacula complexus est. Quominus autem, ea excusa fuerit, in causa fuit quidam, qui Pari-
-sino cuidam, imprimis erudito atque facundo viro historiam, contexcendam, mandavit. Qui
quidem jam fere totam, absolverat, cum sub adventum, Lutetiæ esset; nonnihil etiam ex
ea me audiente recitavit, hanc nondum prole commissam, fuisse miror, nam plane confec-
-tam, esse non dubito. Quanquam, in Decani lucubratione nec splendorem orationis, nec ordinem,
nec gravitatem, Desidero; hoc certe nomine alteram superat, quod non auditum, sed visum,
miraculum, narrat. Quod vero non latinum, sed gallicum opusculum, ad te mitte, hoc eo facio,
quia

quia te multis romani sermonis ignavis ejus copiam facere velle, ex tuis ad S. Episcopum
 literis conjecturam facio. Si tamen latinam, historiam, magis tibi arrideres ens ero, curabo
 ut ad te primo quoque tempore deferatur. Dedit enim etiam operam ut archetypum bonâ fide
 transcriptum, ad te mitteretur; sed ita indigentum est, et inconditum, ut nec pes, nec caput
 uni reddatur formae. Ut quisque enim aliquid ringebatur, statim scriba in acta referret,
 ex quo effectum est, ut multo plura quae nihil ad rem facerent, scriptis mandaret, quam
 quae ad historiae corpus pertinerent. Decimus vero de ceteris iis omnibus, quae superflua
 videbantur, rem, ut gesta est, fidelissime perscripsit. Habes bene longam, vel potius loquacem
 epistolam, amicitissimo tamen animo scriptam, quam, ut aequi bonique consulas, te etiam
 atque etiam rogo. Quod si mihi per hyemis asperitatem, imo per valetudinem, ad te proficisci
 licuisset, nihil libentius fecissem. Vix enim dici potest, quam te videre atque complecti
 gestiam. Bene vale, Pater in Christo mihi plurimum observande, ac ^{me} ~~meis~~ precibus Deo
 commendo. In Vincentiana Genovis XV calend. Februarii 1567. » Atqui haec sunt, quibus
 cum propter Lasterium, quondam nostrum sodalem, Narrenicum, tum propter Billium
 virum clarissimum, debebatur aeternitas. » Hastenus ex Lannoio. — » ita cat.

1567 à 1569. — Jacobus De Censarvoir. — Prior — 48^{us}
 « Post Joannis Lasterii mortem conventuales Vallis Dei petierunt a R.^{do} Petro sibi
 dari in Priorem Jacobum, quibus sic generale capitulum anni 1567 respondit: « Postula-
 tionem conventualium de Vallis Dei de Domino Jacobo de Censarvoir Priore de Luviniaci
 admittentes illum proficimus in Priorem dictae Domus propterea a dicta domo Luviniaci
 absolutum. » Clarum tenuit usque ad annum 1569 (1569) quo in visitatione absol-
 vitur. Domum domesticorum infirmorum in angulo horti sitam edificavit. Cons-
 ule catalogum Priorem Arvenionis. » ita cat.

1569 à 1570. — Michael Klutin — Rector — 49^{us}
 « Procurator, in visitatione anni 1569 (1569) Rector substitutus, moderamen
 habuit usque ad annum 1570 (1570) quo per capitulum generale, rati prius Procurator,
 nominatur. Ejus obitus notatur in ch. an. 1571. » ita cat.

1570 à 1574 Petrus Rivière Prior 50^{us}
 « Professor et coadjutor Parisiensis per capitulum gen. anni 1570 (1570) Prior institutus
 profuit iuriter usque ad annum 1574 (1574). » ita cat.

1575. — Franciscus Haran — Prior — 52^{us}

22 Professor hujus Domus proerat anno 1575, (1575). — » ita est.

à 1587. — Petrus Rivière. — Prior — 52^{us}

22 Iterum ad motus regimini proerat anno 1578 (1578) Absolutus autem fuit per ch. anni 1585 et institutus Prior Castrensium et Aquitanice consistorator, verum non dimisit regimen Vallis Dei, in quo officio perseveravit usque ad obitum, qui signatur in ch. anni 1587, et dicitur habens missam de omnibus sanctis per totum ordinem. — » ita est.

1587 à 1595. — Franciscus Haran — Prior — 53^{us}

22 Anno 1585 concessa fuerat electio conventui, cum autem, deprehenderimus Petrum Rivière permansisse in officio Prioris, Franciscus Haran non secundo profuit nisi post obitum, Petri Rivière. Probabiliter a conventu electus hanc domum administravit usque ad annum 1595 (1595), quo per ch. transfertur ad regimen Domus Nannetarum, a quo Prioratus absolutus est anno 1597. Huius obitus legitur in ch. an. 1602. Fecerat etiam prior Majoris.

1595 à 1598. — Nicolaus Giroys. — Prior — 54^{us}

22 Professor Domus Parisiensis, absolute ad man. magnam instantiam, Franciscus Haran, et translato, ut diximus, ad prioratum, Nannetarum, ipsi subrogatur eodem anno 1595 (1595) per capitulum, assumptus e regimine Nannetarum; in hoc autem officio perseveravit usque ad annum, 1598, (1598). Cum enim, a comitibus generalibus Gabriel Billecoq Prior Parisiensis suam exauctorationem impetrasset, relicta monachis Parisiensibus eligendi facultate, in Priorem nominarunt Nicolaum, de quo fusius agemus in catalogo Priorum Parisiensium, » ita est.

1598 à 1637. — Jacobus Le Masson. — Prior — 55^{us}

22 Patria Parisinus, alumnus Vallis Dei anno 1598 (1598) a monachis electus in Priorem, anno 1609 fit consistorator, anno 1613 Francie visitator nominatus, hoc munus obivit usque ad annum, 1639, quo propter senium, exoneratur officio visitatoris. Huius elogium, ejus successor descripsit in hunc modum:

22 Anno 1637, 30 decembris obiit cum opinione sanctitatis V. P. Jacobus Le Masson Prior Vallis Dei; cujus signa ab ipsa pueritia dedit non obscura. Iminebat enim jam tunc, atque apparebat in teneris illis atque puerilibus annis anima, ut de se dixit sapiens, bona et precipua quaedam ad virtutem, pietatem, in dolens, simplex morum, candor, quae salta signa

significabant quæ christianæ ac religiosæ perfectionis viro ætate perfecto esset futura maturitas. Optimæ huic indoli non optimorum parentum, defuerunt studia, facultas rerumque copia, quibus eam eo diligentius optimis virtutibus et institutis excolerent, quo et curæ et expendarum optatissimos fructus animo et spe in dies majore complecterentur. Quare vix primæ ætatis crepundia deposuerat, cum parentes eum domo amplemibusque abductum, in celeberrimâ Lutetiæ Parisiorum, (unde oriundus erat) academia apud sapientissimos proceptores esse voluerunt. Ibi totum, hoc adolescentiæ tempus, quo plerique id ætatis licentiâ passionum impleta in quasi et voluptates feruntur, summoparentum, oblectamento perdiscendis optimarum artium, disciplinis assidue collocavit, hinc ad hebræas literas, jurisque præsertim canonici scientiam animum, appellere statuit, ad quam, tanto animi ardore et studio diu nocturque contendit, ut earum brevi pereruditus evaserit, ei enim familiare erat totas noctes in studiis impendere, donec a vicinis (quibus id erat accensæ lucernæ indicio exploratum) parentibus delatus, horum jussu coactus est aliquid de immoderatis studiis remittere, consulerique inco-

lumnitati, quæ eam ob rem, summum, in discrimen devenerat. Neque majoris literarum, quæ christianarum virtutum, amore tenebatur, earumque imprimis quibus maxime decoratur, laudaturque adolescentia et juvenies, ita ut si a notis omnibus, eximie eruditionis fama, sic et pietatis verecundiæ, temperantiæ, modestiæ, castimoniæ, virgo enim, permansit, omni denique morum integritate conspicuus haberetur. His virtutum, ac disciplinarum, proceridiis instructus viam ad opes et vanam gloriam, tibi munire poterat quidem, sed juvenis maxime pius christi altaribus se suamque operam, maluit addici consecrarique. Itaque canonicorum, celeberrimæ Car-

notensis Ecclesiæ sacro collegio adscitus, mox in omnium, venit prædicationem, ut Iudicæ signum simul aspectus ac probatus, non solum omnibus amabilis et charus, sed et utilis ac necessarius. Inerat enim viro laudatissima totius vitæ ratio, modestissimi ac castissimi plusquam antea mores, vultus et incessus gravis, frugalis mensa, vestis munda admodum, decens et honesta, obsequentissima in amicos et familiares comitas et charitas, nam præter communia quædam societatis negotia quarum cura penes eum, erat posita, si quis illorum, minus perites privatarum rerum, pondere urgeretur, unus erat Jacobus, qui eorum in sinu suo deposita onera sustentaret, si non minori industriâ quam pædereret. Nec minori studio pauperes religiososque complectebatur, testis illa Capueinorum, integra familia, quam, ob bellicos motus, tum multarum rerum, tum vel præcipue tecti penuriâ laborantem, in oedem suorum, partem, hospitio excepit,

hum.

humanissimeque habuit. Quamobrem cum omnes infimi summique diligebant. Tum vel maxime vist eruditionis et virtutis laude insignis Nicolai Thuanus Carnutensis Episcopus clarissimi Praesidis frater, singulari amore et benevolentia est amplexatus, adeoque familiariter commodissimis suis moribus usus est, ut domi forsque eum a suo latere vix permitteret discedere. Inter eximias hujus Praesulis virtutes, amor divini cultus studiumque Ecclesiasticorum officiorum, plurimum enituerunt, unde si quid circa ea faciendum, si quid statuendum, corrigendumve esset, uni Jacobo uti viro pio, erudito, atque huic muneri maxime idoneo, confestim ejus cura demandabatur. Quanto autem devotionis affectu, quanta gravitate et modestia divinis illis intererat officiis, ex eo quod audire non poterat, facile conjici potest. Igitor monita prudentis honestissima quaedam matrona cum nostrum, cuiquam, in Trionis nostri laudes dixisset multa, adiecit quomodo et quando illum primum, nosse contigisset, nempe cum voti gratia, ipsa cum alia quadam nobili, sacram de ipse Carnutensis oedem, aliquando adisset, ac pia quadam curiositate insignem, ac numerosum illum canonicorum coetum oculis colustrasset, ecce illic Jacobus noster angelo quem homini similior, gravitatis, modestiae, eximioque devotionis exemplo micans inter omnes, ut ait quidam, velut inter ignes lucula minores, mox certatim intueri, sibi mutuo indicare, laudare, mirari, O qualem virum! o hominem prestantem aiebant, vere Carnutensis Ecclesiae decus et ornamentum. Porro hoc virtutis pietatisque exemplo mirum in modum affectae piae mulieres e templo discedunt, devota tamen alta mente ^{sita?} reperta Jacobi specie, unde cum postea audissent Carnutensem, canonicum quempiam in hac Valli ordini nomen dedisse, illa mox in mentem revocata nihil vehementius nosse desiderant, quam quis ille esset, num quem nuper tantam pietate et modestiam ornatum mirabantur, haud vana suspicio, quaeritant suscitantur, et cum nulla responsio faceret satis, huc accedunt ipsae, atque illo viso probeque cognito, singulari perfusae locutione, actis omnium bonorum, auctori gratias, tantum virum, huic Valli Dei atque ordini ex animo gratulatoe sunt. Unde colligere licet quam probus, quam eruditus et sapiens, quam castus et modestus, piusque fuerit. Sed quomodo nostrum institutum professus sit, dicam breviter. Henrico 3^o adhuc regnante, Valli Dei visenda, et nostris institutis suscipiendis desiderium jam ejus mentem, incesserat illud perficiendi nondum parati, inde moras, Henrico vita defuncto succedit Henricus IV^{us} magnus cui inter ceteras Galliae urbes religionis causa rebelles Carnutum, non erat in postremis, nec inter foederatos Jacobus noster zelo zelatus pro Domino exerc.

exercituum, cum nihilominus civitas in Henrici ditonem, venisset, et pro Rege facto jam
catholico (nondum abolita a Pontifice anathematis nota) publice liceret, sed Jacobus contra Can-
ones et sacrosancta Patrum scita fieri non sustinens, adeo cordi erat zelus catholicae religionis,
maluit et bonis et urbi cedere quam ulla ratione proluui. Ergo petit Aurelias mox omne
supellectile, instructissimae sedes et quocumque illius esse nascerentur, exceptis nonnullis
a familiaribus interversis, a regis diripiuntur, ille vero Aurelias degens tum demum
cogitare coepit serio quam vana, quam procellosa, quam denique misera esset rerum
humanarum conditio, Vultem Dei revocat in memoriam et quod antea vel sola cogitatione
vel levi tantum delibarat desiderio, jam ex animo perficere parat. Haec V. hujus S.
Patri ceterisque Patribus, gravibus imprimis ac elegantibus litteris suum exponit condi-
cium, in ungue hoc, et ex sermone noscitur vir insignis, et nunquam visus diligitur
ac desideratur. Compositis ergo rebus suis, arbitratus nihil esse adeo difficile, quod non
Dei amore superetur, viam, et frigidissima tempestate difficillimam, et latrocinis infestis-
simam, pedes aggreditur, cum uno famulo, truncata hinc inde foede barba, clericali et oblon-
ga quidem, sed obsoleta et detrita veste de industria ad id coempta, qua de viis, qua noc-
turnis itineribus, multis perfunctus laboribus et periculis conficit in columis anno 1593,
mensis Januarii 5^o hic honorifice suscipitur et statuto tempore uno omnium voto in
societatem admissus, summa cum animae voluptate novus christi miles induitur. Si per
litteras sermone absens antea, tum vel maxime praesens omnibus placebat opere, charitate sollicita,
non ficta, castitate, obedientia prompta et alicui in omnibus munitis, stricto silentio, constanti devo-
tione et aliis virtutibus, quas longum foret recensere. Sed unum propter ceteras et solitas satanae
machinationes, quod strenuum tyronem, ad solidas virtutes festinantem, impedire videbatur,
fuit quod infirmaretur a jejuniis et caro ejus immutaretur propter oleum, sed contrariis
omnibus, acceptis amore propositi, superatis, et constituto probandis noviticiis cursu feliciter
consummato, gratus probatusque omnibus, vota sua solenni ritu munusavit, post diei Diei
S^{to} Agathae anno 1594. Inde Jacobus cernens quibusdam vinculis adipiscenda perfecti-
onis addictus teneretur, huic uni maxime incumbit, ut saeculo simpiternae oblivioni tradito,
sic currat propositum, sibi certamen, ut ad bravium superae vocationis pervenire tuto
mereatur. Inat imprimis cellae et silentii cultor eximius, sacris scripturis et optimis quibus-
dam scriptoribus legendis impense deditus, castus, honestus, gravis, ceterisque religiosis virtutibus
exorn.

exornatus. Cum autem aliquandiu coadjutoris munere functus esset, Priori Vallis Dei, Domini Parisiensi profecto, omnium suffragio subrogatus, reclamata ejus humilitas, profectionem recusavit, dicebat, suis humeris impar, causabat sui corpusculi imbecillitatem, sed invitus tandem mense junio an. 1598 impositum munus suscepit. Jam dux ceterorum et caput ne minus exemplo quam gradu et dignitate suis processet, hoc unum satagit, ut omnibus se impericiat irreprehensibilem, quod omnibus quidem, proelatis, sed sibi intelligebat tunc temporis esse maxime necessarium. Ut enim ordo noster is sit, qui nulla adhuc indiguerit reformatione, quippe quis in suo semper vitæ rigore steterit et splendore, sæculi tamen superioris tot bellorum, procellis turbulentissimi injuriâ, cum, proe hominum penuriâ non satis eorum haberetur delectus, masculinum monasticæ discipline genus, si non in toto ordine, certe in non paucis domibus, non parum deflectebat. Nimirum quod multis jam aliorum ordinum familiis, id nostræ tunc evenire videbatur, nam primum quidem, cura interioris hominis neglecta, omnisque devotionis religionisque tepor in mores inrectus, otium inde, obedientiaque contemptus succisis solitudinis silentique nervis præcæ, severitatem, et disciplinam, ingenti bonorum dolore, nonnullis in locis, multis tamen in hominibus, si non plane solverat, certe multum, labefactarat. In hanc quoque Dei Vallem, non nihil confluxisse illam morum, colluriam, graviter molesteque ferens V. P. Jacobus accingens fortitudine lumbos suos, opportune importune arguit, obsecrat, increpat in omni patientia et doctrinâ, nunc has, nunc illas convellens perveras consuetudines præcæ, vereque castusianam, his subditis sensim sine sensu reduxit disciplinam. In quo viri (semper in omnibus) jam dicta patientia, sapientia, prudentia, mellea mansuetudo, aqua tamen salutaris quandoque non aberat aculeus, ea denique humilitas, quæ vel maxime repugnantem ingenti suffunderet pudore, singulariter emicuerunt. Memor illius sapientis, salus ubi multa consilia, hoc semper habuit eximie, ut ratione plurimum, et consilio uteretur. Unde in unctis lento festinabat gradu. Nunc sane vix quicquam, aggrediebatur quod optatum exitum, non sortiretur. Deus quippe diligentior se diligens illum impense amabat, et regabat a quo se amari probe norat, et divini numinis causâ ad omnia paratissimum. Hac de causâ nullis vigiliis, nullis unquam peperit laboribus, nullis etiam sumptibus. Quoties illum, supra vires laborantem, primum in templo, primum in vigiliis, primum in cantibus aliorumque divinarum officiorum, laboribus, quoties supra modum, nulla scilicet vel ætatis vel valetudinis habita ratione tum ab ecclesia, tum ab ordine indicta jejunia strictè observantem, Dei amantissimum,

sui osorem, subditorum parentem optimum, summa in afflictos, in pauperes, in infirmos, in omnes tantâ charitate affectum mirati sunt uniuersi adeo ut misericordie indutus visceribus meminem a se vel a subditis suis indonatum abire pateretur. Porro cum aliquot annos in Prioratu degisset, is qui Prioratum ante recusarat principalisque Cartusiae formidarat iter Prioribus quandoque faciendum, jam non unius sed omnium per Galliam, Cartusiarum, visitandarum coactus est suscipere, et singulis annis peragere provinciam. Gravem hanc et difficilem imprimis administrationem continuo ac incredibile pene labore per annos viginti, qua visitatoris collega, quâ visitator ipse primarius proclare sustinuit factis et verbis plane mirabilis. Paratus vir proestans ad quocumque potius perpeti quam suo tanti ponderis muneri deesse, dici non potest quo studio, quâ curâ et diligentia, quibus laboribus et periculis, quo Divinae gloriae, quo ordinis zelo in illud incubuerit. Domi litteris undique ingruentibus, respondabat tantâ sedulitate, tanto ac tam pertinaci labore, ut nullum sibi prius permitteret quiescendi locum, quam cunctis satisfacisset, ne suâ dilatione vel diversa quiescentium animi, vel Domorum status minus recte haberentur. Nihil tamen de frequentanda ecclesiâ, nihil de solitis vigiliis remittebat. Quis credat hominem, tot negotiis occupatum, tomos Bonalium, Cardinalis Baronii non paucos in epitomen redigere, plures autem, imo omnes, si Henricus Spondanus non prevenisset. Porro plenus animi, quietis parces, laboris supra vires patiens, adeo magnis quotidie itineribus provinciam lustrabat, ut et equos et comites prope enecaret labore, unde Patrum ad Cartusiam proficiscentium pauci erant qui ejus delectarentur comitate. In hospitio certe quidem, nam viro aliquis gravi et austero frequentes non deerant sales, ^{legit cogit?} tepidæque narratione, quibus urbane dictis mire recreantur audientium animi. Nec tamen hac urbanitate, nec illis maximorum itinerum, laboribus adductus unquam fuit, ut plus solito sibi indulgeret, sed ut Domi sic et foris semper sui similis observantia regularis ad Matutinum normam entitit tenacissimus, adeo ut solitam, a butyro cæterisque lacticiis abstinentiam ubique servaret. Multos annos in Prioris et visitatoris officio magnâ cum prudentiæ et sanctitatis laude exegerat, cum ad extremam suorum laborum metam, a Domino vocatus, gravi cogitudine corripitur: in quâ cum plurimam patientiæ ac cæterarum virtutum exempla aliis imitanda reliquisset, spiritum Creatori suo reddidit. Funus a frequentæ populo fuit celebratum, nitentibus certatione omnibus tanto viri reliquias habere. Nemo cum ipsius alterius monachatum, et missam, de B^{ea} Maria habuit per totum Ordinem. — Renovavit cum Cartusiano valli

Vallis *Sti Petri* antiquam associationem, ut patet ex subsequentibus literis:

« Venerabilibus in Christo Patribus ac fratribus D. Jacobo Le Masson, Priori castusio Vallis Dei
Comisitationi provincie Francie coeherisque conventualibus frater Ludovicus Post Prior castusio
Vallis *Sti Petri* et ejusdem castusio conventuales optimè in Christo valere ac eternam conse-
-qui salutem. — Quam benivolo in nos sitis animo (V. P. P.) quantaque nos complectamini chari-
-tate, vel ex hoc intelligimus quod tanto studio, tantaque sollicitudine apud nos egistis quo
reterem inter nos societatem, sicut et ipsi nobis ininvicem, jam aliquot annis dimissam
retrahere liberet, piis et nobis gratis admodum, votis vestris non potuimus non annuere:
Quapropter Statuta, sancitioneque apud nos noveritis, quod singuli hujus nostre Domus mona-
-chi professi (exceptis tamen propter juveni infirmitatem, vel senium non celebrantibus) pro singulis
Domus vestre monachis de iure et professis e vivis excedentibus plenum cum psalterii monacha-
-tum juxta statutorum nostrorum formam impostum sint peroluntur ad Dei gloriam, defuncto-
-rum solatium, charitatisque mutua incrementum; responsuros vos nobis in hac charitate propter
Christum, non diffidentes. In quorum fidem, his literis manu propria subscripsimus, easque majori
Domus nostre sigilla munivimus. Datum in hac predicta Vallis *Sti Petri* castusia, 24 Dec. 1610. » ita cat.

1638 à 1670. — Hieronymus Picquet. — Prior — 56^{us}

« Parisinus professus et vicarius Vallis Dei post Jacobum obitum, a monachis an. 1638, 21
januarii electus in Priorem, in hoc officio decessit anno 1670, 24 februarii. Ex venditione
veterum quercuum, et aliarum arborum, antiqua domus officina diruta in melius commutavit,
arcam lapide stravit, majus ecclesie altare construxit et ornavit. » ita cat.

1670 à 1675. — Anthelmus Quedarme — Prior — 57^{us}

« Professus Vallis Dei vicarius et postea ibidem coadjutor, deinde Prior Vallis profundae, anno
autem 1658 factus Prior Bellilarii tandem a monachis Vallis Dei sufficitur in locum Hierony-
-mi Picquet die 15 martii, an. 1670 (1670). Anno 1675 (1675) per gen. cap. absolutus factusque
coadjutor, hoc anno 1678 per chartam capitularem mittitur ad Domum Rothomagensis
vicariatus exercendi gratia. Decessit anno 1683 in domo suae professionis, 21 aprilis. » ita cat.

1675 à 1695. — Macarius Verreuil. — Prior — 58^{us}

« Professus et coadjutor hujus Domus anno 1675 (1675) per gen. cap. Prior ordinatus
profuit usque ad annum, (supra scriptura de D. Levasseur) 1695 (1695), quo paulo ante
Capitulum e vita decessit. — » ita cat.

1695 à 1709. — Innocentius Le Tellier. — Prior 59^{us}
« Professus Domus a conventualibus electus et a R.^{do} Patre confirmatus anno 1695 (1695) processu cepit, sedemque tenuit usque ad comitia generalia 1709 (1709) in quibus translatus fuit ad Prioratum S.^{ti} Parsii. — » ita est.

1709 à 1713. — Bruno Moureau — Prior — 60^{us}
« Professus Domus et Prior S.^{ti} Parsii, per Ch. dicti capituli 1709 (1709) cum S. Innocentio sedem commutans, efficitur Prior hujus S.^{ti} usque ad annum 1713 (1713), quo uterque ad suum pristinum locum rediit. — » ita est.

1713 à 1723. — Innocentius Le Tellier — Prior — 61^{us}
« Anno 1713 (1713) pro secundâ vice hujus cremi Prior, post decennium, ad manum instantiam ac propter senium, in capitulo anni 1723 (1723) fuit absolutus; atque ibidem remansit 2^{us} coadjutor, paulo post obiit, sicut designatur in ch. 1726. — » ita est.

1723 à 1755. — Joannes Baptista Soucange — Prior — 62^{us}
« Professus et procurator S.^{ti} per ch. anni 1723 (1723) in sede Prioris collocatus, anno 1746 comissitator; in utroque officio perseveravit usque ad annum 1755 (1755), quo exiit decessit 4^a junii, habens missam De B^{te} Maria per tot. ordinem. — » ita est.

1755 à 17... — Amatus Deschamps. — Prior — 63^{us}
« Professus et coadjutor S.^{ti}, die 8 junii 1755 (1755) a conventualibus electus profuit usque ad (in fine le catalogue des Freres dans les notitia). — »

Syllabus

Quorundam monachorum Domūs Vallis Dei

ex chartis Capitulorum generalium
(lire des mêmes Notices - L'écriture est celle de D. Ch. Leconteux. -)

-
- D. Joannes de longo Tumello monachus Vallis Dei erat hospes in D^e Paris ex ch. 1333.
- D. Joannes de Ponteseyra monachus et procurator abs datus cujus causa committitur
Visitatoribus examinanda, utrum videlicet sit in pristinum officium restituendus ex ch. 1333.
- D. Petrus olim ordinis cisterciensis fuit hospes in hac Domo, cumque reversus fuisset ad
domum Pontaneti suae professionis, injungitur Priori ejus dem D^e ut restituat Priori Vallis Dei
unum breviarium et unum collectaneum commodata dicto D. Petro a profecto Priori Vallis Dei ex ch. 1336.
- D. P. - monachus Vallis Dei obit ex ch. 1349.
- D. Joannes de Aleioto monachus Vallis Dei mittitur ad domum Vallis profunde ad p^{oss}._{cah.} 1384.
- D. Guillelmus monachus hujus D^e, cum quo Capitulum gen. dispensat at quod non obstante
quod fuerit de Ordine Prædicatorum, possit ad omnia officia Ordinis promoveri proterquam
ad Prioratum, vel Vicariatum, Monialium, ex ch. 1384. - De eo iterum, in ch. 1384 (1389?). Alle-
gationes quas facit D. Guillelmus monachus Vallis Dei super introitu suo ad ordinem nostrum
reputamus nullas et inanes ex ch. 1389.
- (Vide infra causam hujusmodi dispensationis ubi agemus de Joanne de quodis.)
- D. Thomas Regis hospes hujus D^e ad domum suam Paris remittitur per ch. 1388.
- D. Julianus monachus Montis Dei, professus D^e Vallis Dei ad eam revertitur per ch. 1392
ibidemque adhuc vivebat. 1397.
- D. Joanni de Lozier monacho Vallis Dei præcipitur ne amplius inquiet et Capitulum
neque Dominum Cartusie quod alibi collocetur; et quod non faciat peregrinationem ad
sanctum, Abbatum, sed reddat unum brevem, pro singulis diebus quibus in peregrinati-
-one remansisset ex ch. 1395.
- + D. Petrus Hamelini monachus Vallis Dei, qui alias petit licentiam eundi ad domum
Abbatum, et Prior dictæ D^e instantes eum, requisivit, conceditur sibi licentia si
voluerit illuc se transferendi ex ch. 1396. Sed anno 1397 adhuc morabatur in hac Domo
Postea tamen se transtulit ad dictam domum Abbatum; unde ad domum Pomerii
cujus

ejus Prior erat paratus eum recipere, mittitur per ch. 1403.

Vide in catalogo Priorum. Dicitur Petrus Kamelin fuit Prior Vallis Dei -

D. Guillelmus Rossen, de quo agitur in ch. 1403 et qui erat hospes Ligeti 1406, hospes
in Domino Belliarici ad Domum Vallis Dei hinc professus remittitur per ch. 1408.

D. Joannes Hospitis monachus sacerdos obiit ex ch. 1411.

D. Guillelmus De Angerville hospes in D^o Lewiniaci remittitur ad hanc Domum in a professus
per ch. 1438, ibique obiit ex ch. 1466.

D. Joannes Cloatari monachus sacerdos obiit ex ch. 1455.

D. Petrus Rayer monachus hujus D^o mittitur hospitatum ad Domum Ligeti per ch.
1446, et triennio post per ch. 1469 ad D^o Fontis B. M^{ae}; et in De ad D^o Vallis S^{ti} Georgii prob. 1452.

D. Joannes Douceti monachus obiit (28 februarii et erat vicarius juxta Kalend. Paris,
ubi dicitur venerandus et devotus) - ex ch. 1453.

+ D. Joannes De Yriodio hospes in D^o Fontis B. M^{ae} revertatur ad D^o professus ex ch. 1426.

D. Franciscus Ganneronius in chronico Montis Dei nullus esse idem ac D. Joannes Divis sive
Divitis, gallice Le Riche, qui ex monacho cisterciensi factus Cartusianus in hac D^o Vallis
Dei, anno denique 1440 institutus est Prior Montis Dei, ut constat in ch. ejusdem anni
in dispositione tam hujus provinciae quam Picardiae propinquioris, in qua sic lego: Prior
Montis Dei (D. Nicolao de Vivario instituto in Vicarium Monialium Gosnay) p^{ri}mo, et prole-
ficimus ibidem in Priorem D. Joannem Divem monachum professum Vallis Dei, et dispen-
-satur cum eo super hoc quod fuerit de ordine cisterciensi. Haec eadem repetuntur repe-
-tantur in dispositione Vallis Dei. Ratio vero cur cum eo dispensatur ut ad officium
Prioratus promoveretur, haec fuit, nempe quia prohibentem erat in novis statutis ne quis
ex ordine Cisterciensium ad nos transiens haberet obedientiam in ordine sine dispensati-
-one Capituli generalis. Sic autem ibi legitur part. 3^o cap. 2^o De electoribus Priorum §. 9.
(In Annal. Clementis Bohic) Professus in ordine mendicantium non possunt habere aliquam
obedientiam in ordine nostro sine dispensatione summi Pontificis: nec professus in ordine
Cisterciensium et consimilium, sine dispensatione Capituli generalis. De mendicantibus qui-
-dem extat decretum Clementis Papae V. in concilio Viennensi datum sub hac forma (cap.
ut professores de regularibus, in Clementibus): Ut professores cujusvis paupertatis ordinis
eo libentius in qua vocati sunt vocatione persistere; transiuntosque ad non mendicantium
ordinem

Ordinem, in eodem conservari quietius studeant, quo in ipsis Discordiarum, et schismaticum productiva
ambitio reprimatur (gloss. idem v. ambitio): sacro concilio approbante statimus mendicantes quos-
libet qui ad non mendicantium Ordines, etiam auctoritate Apostolica, transibunt impostorum, quive
hactenus transierunt, quamvis nunc prioratus, administrationes, vel officia, aut curam animarum
vel regimen quodcumque obtineant inibi, vocem, aut locum in capitulo non habere, etiamsi hoc
sibi ab aliis libere concedatur. Ad prioratus quoque, administrationes, aut quocumque in antea
non assumi officia, etiam tanquam Vicarios seu ministros vel locum aliorum tenentes, quodcumque
animarum curam, et regimen nec pro se possint, nec pro aliis exercere. Quicquid autem in contra-
rionem attentatum fuerit, sit irritum, pro jure, quovis privilegio non obstante. Hoc Clement-

Processerunt istud Decretum, Alexandri IV. litterae datus ad Generalem totumque Ordinem fratrum
minorum, hoc tenore (habentur in Speculo Ord. Minorum, tract. 4. d. 6): « Alexander Episcopus etc. Gene-
rali et provincialibus ministris Ordinis fratrum minorum. Cum et plantare sacras religionem,
et plantatam fovere summo opere debeamus, expedit, ut circa ipsam, ea quae sunt recta nutrimus,
sic et ea quae profectum, virtutis impediunt, corrigi diligenti sollicitudine procuramus. Ad audi-
entiam quidem nostram, pervenit, quod nonnulli fratres Ordinem vestrum profecti, asserentes se
ipsius ordinis observantias sustinere non posse, transendi ad S. Benedicti vel Cisterciensium
Ordines procurant tibi a nobis licentiam exhiberi, non ea intentione aliquam quod remaneant
in eisdem, sed ut ab eis transcant ad alios Ordines observantiae mitioris, et ab his ad seculum
revertantur, secum in apostasia per illorum personas agimur confidentes. Si quae multa
committant per quae Deum offendunt, et Ordinem vestrum apud illos procipiunt, qui de ipso eos fuisse
noverunt, plurimum innotant. Quia igitur honorem Ordinis vestri praedicti, et salutem in eo
degentium personarum intimo zelamus affectu: vobis in virtute obedientiae, auctoritate proes-
centium, districtius inhiemus, ne de cetero aliquibus vestri Ordinis fratribus hujusmodi licentiam
concedatis, nisi sub ea conditione, quod in Ordine, ad quam licentiantur, debeant remanere etc... »

Sed quia Alexandri Papae contra monachos gyrovagos leviora medicamina parum profecerant,
secutae sunt Bullae Nicolai Papae IV, quae auctiore remedio ipsam morbi causam prociudere
posse videbantur: sunt porro tales. Nicolai Episcopus etc. ^{infra} ~~etiam~~ Nonnulli Ordinis vestri fratres
perfectam in eo professionem, ab eis infirmitate mentita, et aliis confectis mendaciis, ac
per malignitatis astutias occasionibus variis adinventis, et ambitionibus crescentibus in eis de,
a superioribus suis interdum ^{excundi?} excundi de Ordine ipso licentiam, postulant, eamque obtinent ab
eisdem

eisdem; huiusmodi vero illicitati exiunt de eodem ad alios ordines consolantes, in quibus ad dignitates, prelaturas et officia assumuntur non sine proprio salutis dispendio, et derogatione non modica honestatis Ordinis memorati. Nos itaque volentes huic morbo congrue medelae remedium, adhibere, ac animarum obviare periculis, et evagandi materiam amputare, auctoritate Apostolica statuimus, et etiam ordinamus, ut fratres vestri Ordinis, qui post professionem, ab eis in ipso ordine factam, ad quoscumque ordines alios professionis cujuscumque, petita vel non petita, obtenta vel non a suis superioribus licentia immediate, vel per alium, seu alias, ordines mediate transiverunt jam, sive transiverint: in ordine vel ordinibus ad quem vel ad quos transitum habuerunt, aut eos in posterum habere contigerit, vel etiam, extra illos, ad nullam omnino administrationem, vel officium curam animarum habentia, nec etiam ad aliquam dignitatem, vel prelaturam, seu personatum, quocummodo possint assumi absque Apostolice Sedis speciali et expressa licentia et c. » Hoc Nicolaus de fratibus minoribus, et ipse olim, minorita. (Habentur libris supra, tract. 2. fol. 33.)

Quia vero superius, occasione dispensationis cum D. Joanne Divite, Cisterciensium fecimus mentionem, et ex vocis (consimilium) ibi posite ambiguitate, patrum Ordinis fluctabant judicia, idcirco in tertia Statutorum compilatione, hoc, facilius intelligentiae causa, appositum sunt (cap. 4. tertia compil. §. 5.): « Declaramus quod per illud verbum, (consimilium) intelliguntur monachi omnes qui militant sub regula S^{ti} Benedicti, ut sunt Cluniacenses, Celestini, Premonstratens^{es}, Grandimontenses et hujusmodi »

Quod autem cum dicto Joanne Divite dispensatum audis ab ordine ut sit Prior, consulere potes litteras Gregorii XI Papae (tantum inter privilegia Ordinis n^o 92) quibus Ordini nostro permittit quod possit promovere ad obedientias Ordinis decem personas quae venerunt ex ordine mendicantium, et Cisterciensium. Quid etiam circa praesens negotium, constituerit Sixtus Papa II videre potes inter eadem privilegia n^o 131.

D. N. olim Ordinis Vallis Scholarium, deinde professor hujus D. de quo Clemens Bohic sic loquitur: « servatus quidam codex m. s. in hac castro Vallis Dei, qui sic inscribitur Dialogus Tragedicus. Dividitur autem hoc omne opus in quatuor libros partiales per modum Dialogi, tractans inter matrem, videlicet Ecclesiam, et Auctorem, Filii personam, miseris matris pie condolentis gerentem. Et primus quidem libellus non per capitula sed alio stylo editus specialiter agit de dejectione Sagonensis Ecclesiae (in cujus diocesis haec domus Vallis Dei sita est) quae facta fuit anno Domini 1485; sed et de quibusdam aliis in quolibet statu enormiter deformatis ac necessario reformandis.

Secundus libellus continens viginti et unum capitula, de persecutionibus agit Ecclesie, ab illa quae facta est sub Stephano, ubi textus Apostolicorum Actuum tradit, exordium sumens, de diversis insuper haeresibus, diversis obortis temporibus, ac eorum, auctoribus, mentionem facit.

Tertius de religionum, multiformium origine, ac de temporibus earumdem, legis quae latuerunt. Sed et de aliis haeresibus, quae eorum temporibus pullularunt. Immo de schismatibus, quae in Romana Sede saepius orta sunt, compendiose ac breviter tangit: et continet quadraginta capitula.

Quartus autem, et ultimus liber tractat de novissimis Ecclesie persecutionibus et maxime de Antichristi tyrannide, et aliis prodigiis circa mundi finem, contingentibus, uti prophetarum libri, sacra Evangelia, et Apocalypsis tradunt, prout doctores sacri ac catholici tractatores, et expositores edisserunt, et continet triginta et octo capitula.

Quod pertinet ad auctorem huius operis nomen ejus ignoratur, cum tamen fuisse Certusianum, professum, vero certusie Vallis Dei, ex iis quae habet libro primo non obscure deprehenditur. Idem de se, quod fuerit natione Normannus aperte testatur libri 3. cap. 18, et ejusdem libri cap. 29 describit ortum Ordinis Vallis scholarium, sub quo se in pueritia militasse profitetur. Quo vero tempore auctor iste vixerit, idem ipse libro tertio sui Dialogi tragodici cap. 39 exprimit, introducens matrem, ita loquentem. Mater - Schisma vigesimum, tertium, (Omphium in chronica Rom. vocat trigesimum) fuit inter Eugenium, quartum, et Felicem, quintum, et duravit annis sedecim, ut satis nosti, fuit enim temporibus tuis. - Filius, Verum est, mater, quamvis adhuc adolescens: sed habui patrem, qui in curia huius Eugenii mansit pendente schismate, a quo multa de ipso audivi, cui parebat Italia, sed et Gallia nostra, alioque provinciae multae, ita ut processu temporis, paucae remanerent cum Felice. Quod autem Certusianus fuerit, patet ex sui operis praefatione, in qua sic legitur: « Quapropter eadem religioso nomine non merito, cunctorum Certusienium, minimo, adjuvante Domino, data est opera, hoc opus aulum eudere, ad hoc stimulate maxime ob desolationem, et miserandam, dejectionem, sagientis Ecclesie propter duorum Proculum grave ac scandalosum, dissidium jam dudum, obortum, et usque nunc heu, in grande animarum periculum, continuatum. » - In hoc vero opusculo. lib. 3. cap. 25, narratur quaedam historia miserabilis Guillelmi ^{libelli} sacrae theologiae professoris, quae quidem accidit anno 1453. hic autem, auctor introducit Matrem loquentem, de nefanda haeresi Waldensium, et dicentem: « Horum plurimi demonum, invocatores facti, et cum paucis, sortilegi facti sunt, nefanda cum humani generis hoste habentes susurrata, damna. Daque commercia. Hi pepigerunt foedus cum morte, et cum inferno peccerunt pactum, et cum diabolo semel eos detinet irretitas, perplexisque, ut scribitur, nervis tetricolorum, compeditos, ad omne genus ^{negu} »

nequitiae, ab ipso miserabiliter pertrahuntur. Filius: memini me, mater, in adolescentia antequam hunc ordinem, ingrederer, multa de hujusmodi sortilegis (qui vulgo scobaces dicuntur) audisse. Nam tunc et deinceps multi capti fuerunt in nostra provincia et combatti. Qui prius in arcta positi quaestione, horrenda fitebantur. De quorum uno, si tamen id tibi rectum videtur, aestimo non celandum. Mater: Dic ergo quod de illo nosti, cante tamen. Neque enim, videtur expediens cunctis, eorum damnatorum, nefanda acta sigillatim, replicando narrare, maxime propter quosdam, modice fidei, qui facile possent in his scandalizari, seu materiam erroris assumere, praesertim, curiosi sectantes. Non enim omnibus omnia expediunt. Filius: Optime loqueris, mater, et prorsus juxta intentum nostrum. 55

« Itaque, ut jam dixi, ante ordinis hujus (cartusiani) ingressum, fuit quidam, Guillelmus Uelme dictus, sacrae theologiae professor prius, sed, ut post in propositulo patuit, impius persecutor. Hic primo Carmelita, inde ad Cartusienses accedens, sed non longo post tempore eos deserens, dispensatus, imo melius dissipatus, ab Ordine: ad sanctae religionem, Benedicti se transferat, qui postea diabolica improbitate, tanta exilitate ambitione absorptus: quod, ut ad affectatas male, indigneque capitas pervenire possit dignitates, cum hoste crudeli pactum fecit, et ipsum prius in humana effigie, ut facilius deciperet, apparerent adoravit, ejus manum nefariam flevis poplitibus osculando. Postquam, hunc miserum, humani generis hostis horis infidelitatis tenuit fortiter alligatum, nequaquam ei quod egerat sufficit, sed ipsum ad deteriora pertraxit. Jam enim non in humana effigie, sed in vilissimâ hirciformâ sese ostentans, ad hoc perversum et detestandum et omnino inhonestum perduxit, ut eum adorando, ipsam pudendam corporis partem recessam scilicet oscularetur: abominabilior certe factus quam equus et mulus quibus non est intellectus. Hic insuper ad id perditione deductus est miser, ut in ipsorum scobacum detestando conventu, qui ad certum locum noctibus per aera (ut ipsi miseri confessi sunt) deportabantur: hic, inquam, infelix inimici praefectus est. Et qui quondam fuerat praeco veritatis, factus est nuncius hostis, miseris ita dicens: Vos ipsos, ut decet, ad Dominum et magistrum vestrum recipiendum preparate. Caece de abnegatione ~~stae~~ laimitatis, Jesu Christi Domini nostri, ac haec dignissimi oblatio, dignissimi Crucis vexilli, sanctorum sacramentorum et aliorum, quae fideles tenentur credere et servare. Nam illa horrenda sunt ipso auditu. Tandem ille postquam, die in tali errore mortuus in anima vixit, deprehensus captus est, et in manus Ubroicentis honorandi Pontificis traditus (qui et sacras mihi ordines omnes contulit in ipsa Ubroicensi civitate) Hic venerandus Antistes labores multos assumpsit, et expensas copiosas consumpsit, ut posset ad veritatem, hujus negotii pervenire. Nam quarto hic infelix erat in scientia

scientiâ exercitation, et in astutia callidior, tanto ad convincendum difficilior. Convictus est tamen et confessus articulos erroneos, ut aestimo, ultra triginta. Qui inter Doctores et magistros diligenter examinati, tanquam execrabiles damnati sunt, et ipse eorum auctor, judicatus est hereticus. At quoniam ipse in initio, credens sibi posse suffragari, in auxilium, sui advocaverat universitatem, Cadomensem (in Normandiae foveâ in 1418, dit. Middendle lib. 3. Academicarum.): Et contrario venerabilis Episcopus Guillelmus de Floques dictus, vir bonus, sed simplex, beati etiam Benedicti professor, in adiutorium, sui et pro causâ fidei tuenda, universitatem, Parisiensem, assumpsit, quod satis necessarium fuit. Post diuturnum autem causæ processum, interrogatus tandem, per excellentes theologice et juris doctores ad hoc convocatos, utrum vellet eosdem articulos nefandos abjurare, et utrum agnosceret se errare; respondit, quod sic, velletque omnes suos errores cuncta etiam, pacta execranda, quæ cum, haste contraxerat, revocare, fidemque catholicam, profiteri paratum, ac deinceps vivere stabiliter, et mori velle. — Tandem a pio pastore et Episcopo prefato Vicario tuo suscepta est, Mater, in gremium, tuum oris, quam dudum lupus invaserat, recepta prius cautione et juramento in Capellâ dicti Episcopi coram testibus plus quam, triginta. Et hæc omnia certius cognovi, nam statim, post, promotor fidei in hac materiâ M. Joannes Gravelle dictus, mihi poscenti, et illius pauperis confessionem dedit, et alia sui processus acta cum sententiâ diffinitivâ, et omnia manu propria scripsi, et apud me tenui, donec ab illa domo recedens, ad hunc ordinem, accessi. — Summa autem, totius actus, totiusque processus talis fuit. Primo ab Inquisitore fidei ad hoc vocato in curia Episcopi fuit coram populo prædicatus, et de certis ac principalioribus articulis per singula interrogatus, cuncta confessus est quæ prius coram, testibus fuerat in privato confessus. Post quæ lectâ sententiâ, quæ et ipsos erroneos articulos continebat, condemnatus fuit per M. Simonem Capistrum vicarium Episcopi et officialem curiæ ad perpetuos carceres in pane angustice et aqua doloris, quandiu esset in humanis. Ad quod Episcopus ore proprio subjunxit, retenta nobis misericordia nostra. Hinc ad ista Inquisitor fidei protestando respondit: Protestor, inquit, auctoritate quâ fungor in hac parte, quod nullo modo relaxabitur absque consensu magistri nostri Generalis hujus provincie Inquisitionis, vel nostro in ejus absentia. Et sic iste mox fuit carceri mancipatus, in quo per quadriennium, supervixit, et, ut postmodum, comperi, signa in eo depauperata sunt veræ poenitentiae, deinde in eodem, carcere, ut audivi, genibus flexis ac manibus junctis mortuus est repositus. » Hactenus ex dicto codice M. S.

Ut autem, hæc historica testator maneat, quæ de prefato Guillelmo Wilhæne scripsit Inguerranus;

Monstrelatus (Chron. part. 4. citat. a Delrio lib. 5. Disquis. magic. sect. 12. pag. 393) hic addere operae pretium duximus.
«Anno Domini, inquit, 1453, Dominicâ die, quae incidit in vigilia Nativitatis Domini, Urbici publice
in theatrum, adductus, citatus voce proconis et condemnatus fuit sententiâ iudicis ad perpetuum car-
cerem, Episcopi dictae civitatis Magister Guillelmus Delin, Doctor theologiae, prior S^ti Germani in
L'haÿe, prius ordinis Divi Augustini, et aliarum, sacrarum, familiarum, religiosus, qui tentatione et
suggestione hostis tartarei, ei se manciperat ea lege, ut concupiscentiis ejus profanis et mundanis
satisfaceret, et praecipue ut fruere tur nobilis cujusdam equestri familiae matronae amplexibus, quon-
-damque dicto inimico collibisset, quo loco soliti erant suos conventus agere: et duntaxat inscen-
-so baculo cum scopis confestim eo offerretur transferretur. Confessus fuit idem Magister Guillelmus
sponte suâ se homagium exhibuisse inimico suo offerenti presentem in specie arietis, eique oscu-
-lum sub candâ ove impressisse: et multisque variis annis postea in damnato hoc instituto vitae
perstitisse. Interea omnibus in rebus quae a Daemone postulasset, illum ferventem auxiliantemque
habuisse, donec accusatus maleficii fuerit, comprehensus et in carcerem compactus: a quo iudicium
in carcerationis tempore vis omnis hostilis evanuerit. Et per praedictam, damnationis sententiam,
jussus est Magister Guillelmus in lacum, seu fossam recludi, pane et aquâ deinceps alendus.
In theatro vero Inquisitor fidei, voce altâ, et disertâ oratione luculenter in memoriam, reo redegit,
quam olim, laudabiliter et utiliter populum concionibus juvisset et instituisset, cum ad apostolicos ritus
per totam provinciam, fidem et legem Jesu Christi promulgaret: quò miser postea decidisset, alia-
-que multa idonea eum ad poenitentiam seriam inducere. Interea catamidatus, seu mitella
ad infamiam depicta ornatus, populo spectandus erat propositus accurrente multitudine magnâ. Sed
finita concione Inquisitoris, idem Guillelmus sciens se gravissime peccasse, et secleribus atrocissi-
-mis Deum offendisse, gemere et flere et alta voce veniam a Deo, Episcopo et justitia petere (addit
Jaquerius (Magall. fascinar. cap. 41.) quod in terram, prostratus exhibuit quamdam scedulam, continentem sua
facinora commissa contra fidem, in dictâ haeresi et secta, offerendo iudicibus praedictis abjurationem)
et commendavit se suppliciter precibus assistentium. Denique fuerunt illi impactae compedes ferreae,
et deductus in fossam, ut ibi per poenitentiam elueret nefaria et horrenda peccata quae commiserat.»
Haec Monstrelatus. eadem quoque sed brevius, narrat Gaguinus in vita Caroli VII, ante finem. »

D. Joannes Divoy prof^{us} hujus S. videt hospitatam, ad D^m Rosae ex ch. 1446. Item repetitur
in ch. 1454. Anno vero 1478 iterum, moralatur in hac domo suae profess^o, satisque male excipitur sicut
et in ch. 1473.

D. Nicolaus hospes in d^o Rosce ad hanc domum suae profess^o redit per ch. 1460.

D. Petrus Brochardi et D. Gerardus Pivron monachi sacerdotes obierunt ex ch. 1464.

D. JOANNES (ex veteri m^o Vallis Dei) obsuro loco natus, ab archiepiscopo Rothomagensi S. R. I. Cardinali honorificum, grammaticae magisterium, ex innata animi humilitate recusans, modicum in ecclesia quadam, collegiata canonicatum, recepit, quo sibi matutinae subveniret. Ante ordinis ingressum, anno 1450 Apostolorum limina ob Jubbileum, consequendum, lustravit magno devotionis sensu; rediit, in hac eremo divino se mancipavit obsequio. In ipso tyrocinio tamen, animi humilitatem, exhibens, ut licet ad sacerdotii canonicatusque dignitatem, promotus, nihilominus ad viliora quaeque monasterii munia, sese animo elacri deprimebat. Admissus ad professionem, illo fuit successus ut regularis observantiae zelo, qui nihil de mansuetudine, nihil de lenitate remitteret. Erat quippe ad exemplum Salvatoris mitis et humilis corde, in omnes benignus et affabilis. Ut quaevis excelleret in omnigenere scientiarum, ita tamen de se sentiebat humiliter, ut discere potius quam docere paratus esset. Tanto divinae charitatis aestu inflammabatur, ut sospissime facies ejus appareret ignita. Tam in divinis mysteriis illud altaris mysterium, (quod vivum et inveniunt, est Domini sacrificii simulacrum,) venerationem, ex frequenti meditatione conceperat, ut inter litandum, totus esset et in lacrymis: ejus vita etiam, concors dabat cum sacrificio, carnem etenim suam, spiritui mirabiliter subjiciens fessas artus non in lecto sed super asserem, oratorii deponeret stercora e culmo supposita, sicque frigoris inclementiam, in hyeme superabat. Frequenter in sacrarum, literarum, lectione, oratione et meditatione pernoctabat, vix quicquam, somno indulgens ante preces matutinas. Post nocturnum officium, ad cellam reversus reliquam parte noctem, in celestium rerum, contemplatione transigebat. Deo sibi durus et immittis ut scaturientes pelices et vermes ex vestibus, quas nunquam, exuebat, immunditiam contractos miramur toleraret patientiam. Coelites omnes, imprimis vero Beatissimam Virginem Marianam, Angelumque tutelarem, singulari amore prosequeretur. Divinum, numen ubique sibi praesens puro et simplici corde semper contemplabatur, nihil agens quod offenderet hujus tremendae majestatis oculos. Os oratui maximus aut lectioni vacabat aut orationi vel componendis describendisve libris. Virginitatis illibatam florem, inter molestas carnis tentationes usque ad mortem, illaem, conservavit, effusus in hunc finem, in conspectu Altissimi lacrymis, corpusque crebris macerans flagellationibus. Ut benignitatis studiosus erga alios, inter diversas, quibus examinabatur, corporis infirmitates, suae omnino oblitus, quicquid in proximi levamen et solatium, conferre possit, indefessus impendebat. Demum, postquam in officiis procuratoris et vicarii releg

religiosa sancteque admodum se gessisset, in capite, casu nescio quo, periculosè læsus, insignis patientiæ ac devotionis exhibitis exemplis ad celestem patriam, ad quam tamdiu anhelaverat, felici morte evolarit. Hactenus ex veteri manuscripto Vallis Dei, in quo cum profati patris agnomen non ponitur, ex conjecturâ arbitrarij fuisse Joannem, de Puteo, qui anno 1456 jam morabatur in hac domo et per ch. 1464 ad domum Bassavillæ missus fuit pro consolatione et juramine Prioris ejusdem, S. Bassavillæ, ex quibus verbis satis apparet eum fuisse virum non vulgaris pietatis. In ch. vero anni 1468 conjicio quod fuerit procurator in hac domo, nam præcipitur Priori Parisiensi ut pecunias miseratas predecessori suo per S. Joannem de Puteo professum Vallis Dei restituat domui Vallis Dei. Porro constat ex ch. 1504 quod obierit simplex monachus in hac m̄a domo. ob. ex ch. 1504

- D. Gerardus Gentilhomme prof^{us} hujus D. vivebat ex chartis an. 1466 et 1474. Obiit signatus in charta. 1483.
- D. Joannes Dinoy (partidens de quo supra ad an. 1446) vivebat ex ch. 1472 et. . . 1473.
- D. Guillelmus Chartain prof^{us} vivebat anno 1476. obiit vicarius hujus D. 23 martij prof^{us} 12^o Rosæ ex ch. 1508.
- D. Joannes Dorbeck vivebat in hac D^o ex ch. 1477 et. 1499.
- D. Nicolaus Thuchet prof^{us} et vicarius obiit ex ch. 1480.
- + D. Thomas Guynart olim Prior Apponiaci prof^{us} hujus D. in quâ obiit simplex monachus ex ch. 1484.
- D. Nicolaus Drouyn prof^{us} obiit ex ch. 1487.
- D. Petrus Le Moerier vivebat in hac D^o ex ch. 1491, prof^{us} erat hujus D. in quâ obiit ex ch. . . . 1522.
- D. Matthæus Gassot prof^{us} et sacrista obiit ex ch. 1497.
- D. Joannes du Lartre prof^{us} Vallis Dei, hospes Parisi obiit ex ch. 1503.
- D. Antonius de Langer prof^{us} hujus D. hospes in Seitz vivebat ex ch. 1505.
- D. Joannes Baselaere patria Gandavensis de quo in catalogo benefactorum, obiit vic. Rosæ 2^o Aug. 1507.
- D. Joannes Boncgentis prof^{us} et vicarius obiit ex ch. 1511.
- ∴ D. Joannes Briselance prof^{us} vivebat ex ch. 1510, ut catalogo Priorum videre est. Vita h̄a-
-biliter in ordine annis septuaginta octo (78) et in hac domo. obiit ex ch. 1525.
- + D. Joannes Augous prof^{us} hujus D. Prior Vallis profundæ obiit ex ch. 1514.
- D. Joannes Moalon prof^{us} hujus D. fuit vicarius Rosæ per ch. 1513, obiit simplex monachus in hac D^o cl. 1538.
- D. Petrus Boessel prof^{us} obiit ex ch. 1517.
- D. Joannes Margis prof^{us} et vicarius obiit ex ch. 1519.

- D. Michael Onardel prof^{us} obiit 24 Januarii ex ch. 1522.
- D. Petrus Baussen et S. Joannes De Ville, profⁱ obierunt ex ch. 1523.
- D. Stephanus Pigeon prof^{us} vivebat ex ch. 1524-29 et 33, obiit antiquior et vicarius ex ch. 1570.
- D. Joannes Leau prof^{us} vivebat ex ch. 1533. (decoctum in ch. art. 1535 et 1540) obiit ex ch. . . . 1564.
- D. Joannes Martini prof^{us} et senior obiit ex ch. 1536.
- D. Joannes Picha prof^{us} vivebat ex ch. 1534, obiit hospes in D^o monialium Salotum ex ch. . . 1542.
- D. Ludovicus Prevost hospes Vallis Dei et Luriniaci vivebat ex ch. . . 1539 et . . . 1540
- D. Agidius Charon prof^{us} vivebat ex ch. 1541, hospes Fontis B.M^e ad hanc D^o rediit 1554 ob. ch. 1556.
- D. Stephanus de Moenstes prof^{us} obiit 13 dec. ex ch. 1543.
- + D. Stephanus Pille prof^{us} hujus D^o et alias Prior ejusdem et Vallis profundae, in hac D^o morabatur an. 1526, quos it hospes Pratece et inde per ch. 1528 mittitur hospitatum ad D^o Vallis profundae, et inde rediens ad Vallem Dei ibidem prius atus vixit usque ad an. 1536 quos it hospes Parci, Anno vero 1538 morabatur in D^o d'Auray iterum missus, tandem in hac D^o moe prof^{us} obiit 15 sept. h ab ens mittam de B^{ta} Maria in hac provincia ex ch. 1551.
- D. Joannes Le Cresp prof^{us} et antiquior obiit 13 Februarii ex ch. 1546.
- D. Guillelmus Mabire prof^{us} qui 46 annis laudabiliter vixit in ordine, obiit ex ch. . . . 1547.
- D. Joannes Boulengier prof^{us} et vicarius obiit ex ch. 1555.
- D. Joannes De la Mare prof^{us} obiit ex ch. 1556.
- D. Tussanus Elvesque prof^{us} hujus D^o fit hospes Vallis S^{te} Georgii per ch. 1556, obiit hospes Divisioni ch. 1557.
- D. Jacobus Michel prof^{us} obiit ex ch. 1554.
- + D. Michael Froget prof^{us} hujus D^o olim Prior Dom. d'Auray et Basoeville obiit ex ch. . . . 1555.
- D. Joannes De Lamare prof^{us} (il est de juptus hant) obiit ex ch. 1556.
- D. Petrus Riart coadjutor obiit ex ch. 1559.
- D. Marinus Brunout prof^{us} } obierunt ex ch. 1562.
- D. Agidius De la Haye prof^{us} et subdiaconus }
- ∴ D. Joannes Pexus, prof^{us} Cantusloe, hospes Vallis Dei, qui in defensione p^{ro} dei et venerabilis sacramenti altaris ab hereticis transfossus occubuit ex ch. . (videat Priorem) 1563.
- ∴ D. Michael Dury prof^{us} qui 57 annis laudabiliter vixit in ordine obiit ex ch. . 1562.
- Moster Janneromius in suis elogiis habet eum, 56 annos plus quam credi potest laudabiliter et exemplariter vixisse in Ordine. —

- D. Petrus Thalligne prof^{us} obiit ex ch. 1563.
- D. Petrus Uscombat (alias Escouart) prof^{us} hujus D. instituitur coadjutor D. D'Anay ex ch. 1563.
- Anno vers 1570 redierat et tunc missus fuit ad D^m Ligeti, A^o 1579 / fit vicarius Pratoce ubi obiit an. 1581.
2. D. Guillelmus Learn (Learn?) prof^{us} obiit ex ch. 1565.
1. D. Joannes Gaeret prof^{us} obiit ex ch. 1564.
- D. Joannes Aury prof^{us} et coadjutor obiit ex ch. 1566.
- D. Guillelmus Bernardi prof^{us} obiit ex ch. 1567.
- D. Renatus Lussion prof^{us} et coadjutor et olim sacrista obiit ex ch. 1571
- D. Cornelius Apocin novitius obiit ex ch. 1575.
- D. Petrus Forget prof^{us} Vallis Dei, hospes Cartusioe, habens missam de B.M^e obiit ex ch. 1580.
- D. Claudius Motaine prof^{us} hujus D. Vicarius Vallis clusae obiit ex ch. 1584.
- D. Joannes Chenecean et S. Jacobus Faurin sacrista obierunt ex ch. 1584.
- + D. Mothurinus Guillon prof^{us} hujus D. hospes Fontis B.M^e alias F^or Apponiaci, Pratoce, Rector
Beloe et vicarius Pratomolis obiit ex ch. 1587.
- D. Guillelmus Drouyn prof^{us} hujus D. instituitur sacrista D. Vallis S^{te} georgii per ch. 1585,
deinde hospes in D^o Bellarici, unde propter infirmitatem ad hanc D^o rediit per ch. 1587 ubi obiit ch. 1593.
- D. Jacobus Laisné prof^{us} vivit ex ch. 1588.
- D. Jacobus Rieu et S. Ludovicus Anguelle professi obierunt ex ch. 1591.
- D. Andreas Himon prof^{us} obiit ex ch. 1593.
- D. Germanus Cottillon prof^{us} hujus D. fit hospes Parisi per ch. 1593, deinde rediens institutus
est sacrista, in quo officio obiit ex ch. 1611
- D. Claudius Camus abbas monachus hujus D. fit vicarius Basovilloe per ch. 1594. Et inde h^og^o
